DE

CLAUSULA RHETORICA

QUAE PRAECEPIT

CICERO

QUATENUS IN ORATIONIBUS SECUTUS SIT.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

GEORGIUS WUEST

NASSOVIENSIS.

ARGENTORATI

APUD CAROLUM I. TRUEBNER.

MDCCCLXXXI.

PRAEFATIO.

M. Tullius Cicero, in quo homine magna ingenii vis cum admirabili quadam industria coniuncta fuit, non solum perfectissimas orationes easque ab ipso habitas memoriae tradidit, sed etiam libris rhetoricis haud exiguis ipsam artem dicendi illustravit. Atque in «Oratore ad Marcum Brutum» satis ampla praecepta dedit de numero in orationibus scribendis observando, qua elocutionis parte haud scio an de nulla magis dissentiant nostri aevi viri docti. Nam cum Goellerus[1]) et alii id quod Cicero numerosum dicat in concinnitate quadam et aequabili membrorum et incisorum periodi periodorumque denique totarum compositione cerni autument, Godofredus Hermannus eandem rem non in numero poetico sive metris, quibus tamen secundarias nescio quas partes concedit, sed in accentuum varietate positam esse censet. Sic enim argumentatur in commentatione de differentia prosae et poeticae orationis[2]): «Hoc quidem in promptu est neque indiget demonstrationis, metrum poeseos esse, numerum metro solutum prosae orationis. Sed quid sit, quo metrum ab oratoriis numeris differat, nondum quisquam ex tot tamque praeclaris rhetoricae artis doctoribus satis videtur explanasse. Nam quae e Graecis Aristoteles, Demetrius, Dionysius Hal., Longinus aliique, ex Romanis autem inprimis Cicero et Quinctilianus de hac re disputaverunt, iis vereor ne perturbaverint magis hunc locum, quam

---

1) Ciceronis «Orator» rec. Goeller, Lipsiae 1838 p. 294 sq.

2) Hermanni opusc. vol. I p. 121 et p. 123.

expediverint. — Scilicet non est mirum, si artis rhetoricae doctores, qui ad accentum non attenderent, prosae orationis numeros a poeticis non potuerunt satis accurate distinguere. Poeticus numerus hic est, qui neglecto accentu mensurae quibusdam varietatibus continetur. Huius lex et ratio certis durationibus certoque ordine sonorum comprehensa est. Eaque ratio metrum vocatur. In prosa autem oratione numeri accentu reguntur, qui cum nec tollere plane syllabarum mensuram, neque ab ea ipsa tolli possit, numeros efficit e duplici numerorum genere, mensura accentuque, constantes, in quibus potiorem locum accentus, secundarium mensura tenet. Itaque imminuta mensurae severitate, unde oratorium numerum Cicero remissiorem, Aristoteles *ῥυθμὸν μέχρι τοῦ* vocat, quod de pulchritudine metrici numeri detrahitur, rependit vis accentuum aucta verborum significationis potestate et eo decursu verborum instituto, qui ad sententiae intellegentiam est potentissimus. Quamobrem distinctiones non habet alias, nisi quae orationis quoque divisiones sunt.» Sane quidem haec de vera numeri oratorii natura quaestio est difficillima, quippe quam neque mente ac ratione percipi nec stricta regula comprehendi sed sensu tantum et auribus percipi posse omnes veteres artis rhetoricae magistri contendant. Sed ne de usu quidem numeri aut veteres rhetores et grammatici aut nostrates viri docti, qui de hac re scripserunt, sani et certi quicquam protulerunt. Etenim ad unum omnes perverse rem ita aggressos esse mihi persuasi, ut generaliter alii alios numeros ab oratoribus praeferri aut evitari monuisse satis haberent. Atque quod e tanta orationum mole exempla quaedam excerpserunt, quibus sententias suas stabilirent et illustrarent, hac sane ratione perversissima quaevis opinio probari potest, ut utrum opus facilius an inutilius susceperint dicere nequeam. Quare equidem neque naturam neque usum numeri recte diiudicari posse censeo, nisi quis aliquot orationum omnia omnino exempla collegerit et discripserit, quod adhuc omissum esse suo iure queritur cum Volkmanno [1])

[1]) Volkmann, Rhetorik der Griechen und Roemer, p. 450.

Fritzschius[1]), praesertim cum tales quaestiones ad crisin orationum faciendam alicuius momenti fore mihi quidem suo iure sperare videantur.

Ab accurata igitur ipsarum orationum observatione in explicanda numeri ratione nobis proficiscendum esse existimo, non a veterum rhetorum praeceptis, quae Godofr. Hermannus, cum accentu numerum oratorium temperari diceret, ad irritum redigere conatus est. Atqui ipsi Ciceroni in hac re uni vel maxime credere velimus, quoniam qui perfectissimas suavissimasque orationes conscripserit, eundem etiam earum dulcedinem maxime percepisse consentaneum est. Huius igitur commentationis munus id erit, ut accurate disquiram, quibus numeris Tullius in orationibus conscribendis usus sit, unde facile apparebit, utrum praecepta illa in «Oratore» obvia ex usu consuetudineque ipsius hausta sint necne. Atque illud inprimis erit indagandum, quibus causis commotus alios numeros adamasse alios fugisse videatur, unde doctrinam hauserit et in quibus rebus eis qui ante ipsum de numero scripserunt adstipulatus sit quibusve dissenserit. Qua cum quaestione arte cohaeret altera, utrum Cicero senex isdem numeris usus sit, quibus iuvenis necne, et si re vera posteriores orationes a prioribus differunt, quae causa usus commutati fuisse videatur.

Priusquam autem ad ipsam rem aggrediar, necesse erit breviter adumbrare in

Capitis I

§ 1

quae Cicero generaliter praeceperit de pedibus, quibus numeri efficiuntur.

Totam enim numeri oratorii doctrinam ita Tullius instituit, ut primo loco inde ab «Oratoris» cap. LII usque ad cap. LXI de origine, causa, natura numeri, deinceps de

---

[1]) Fritzschius, De numeris orationis solutae, Rostochii p. 14.

eius usu disserat. Ita tamen ipsam naturam definire conatur, ut non quid sit certis dicat verbis, sed ipsius tantum de hac re dubitationes et quaestiones proferat, quas comprehendit cap. LIV § 181 his verbis: *Deinde, quod dicitur in oratione numerosum, id utrum numero solum efficiatur, an etiam vel compositione quadam vel genere verborum: anne sit suum cuiusque, ut numerus intervallis, compositio vocibus, genus ipsorum verborum quasi quaedam forma et lumen orationis appareat, sitque omnium fons compositio ex eaque et numerus efficiatur et ea, quae dicuntur orationis quasi formae et lumina, quae Graeci vocant σχήματα.*

Sed cum Dionysius Halic. libro illo «de compositione verborum» conscripto praeclare copioseque egerit de verbis quasi nobilioribus eligendis et ita struendis ut bene sonent, superest ut id quod in numero ipso numerosum dicitur accuratius persequamur[1]. — Quoniam igitur Cicero cap. LV §§ 183—187 orationem numeris adstrictam esse sensu et natura nos doceri exposuit, iam quaerendum est, quid de illis numeris sentiendum sit, utrum iidem sint ac poetici, necne. Cui quaestioni Cicero respondet § 188 sq.: *Nullus est numerus extra poeticos, propterea quod definita sunt genera numerorum.* Quae genera (γένη ῥυθμοῦ) alia non esse possunt, id quod deinceps orator exponit, nisi aut aequale aut duplex aut sesquiplex. Deinde § 189 pergit: *incidere vero omnes* (scil. numeros) *in orationem etiam ex hoc intellegi potest, quod versus saepe in oratione per imprudentiam dicimus. . .* § 190: *sit igitur hoc cognitum in solutis etiam verbis inesse numeros eosdemque esse oratorios, qui sint poetici.*

Cum vero de numeris in oratione praeferendis priores ita dissenserint, ut alii alios laudarent, veluti Ephorus paeanem aut dactylum, Aristoteles paeanem, alii plerique iambum, ut qui sit orationi simillimus, Tullius ipse censet § 195: *omnes in oratione esse quasi permixtos et confusos pedes. Nec enim effugere possemus animadversionem, si semper isdem*

---

[1]) De structura periodorum oratoria dignus est, qui legatur, Bernhardt, Begriff und Grundform der griech. Periode, Wiesb. 1854.

uteremur, quia neque numerosa esse ut poema neque extra numerum ut sermo vulgi debet esse oratio. § 196: *Sit igitur permixta et temperata numeris nec dissoluta, nec tota numerosa, paeane maxime (quoniam optimus auctor* [scil. Aristoteles] *ita censet), sed reliquis etiam numeris, quos ille praeterit, temperata.*

Quamquam suo quisque iure mirabitur, quonam modo, quoniam Cicero in prosa oratione metra continua inesse identidem vetat, ille universorum enuntiatorum rhythmus percipi possit, cum pedes illi poetici unde singuli exoriantur ubive finiantur intellegi nequeat. Adde quod propter differentiam quae intercedit inter pedes ascendentes et descendentes, pedes si misceantur veluti dactyli cum anapaestis, trochaei cum iambis, rectus rhythmus fieri vix potest. Quare in mediis periodis vix cerni posse plerumque pedum illorum poeticorum usum Tullius ipse confitetur[1]) et in universum pro vario genere dicendi sive incitatiore sive moderato magis lentos aut celeres pedes locum habere satis habet commemoravisse. Paulo diligentius ineuntes sententiae sive exordia, quamquam ne de his quidem multa et distincta profert[2]), diligentissime vero exeuntes seu clausulae numero temperandae esse Ciceroni videntur. Cur autem clausulae inprimis numerosae esse debeant, cum in libri «de oratore» III cap. 50 § 192 docetur expressis verbis: *Clausulas autem diligentius etiam servandas arbitror quam superiora, quod in his maxime perfectio atque absolutio indicatur. Nam versus aeque prima et media et extrema pars attenditur*[3]); *qui debilitatur, in quacumque est parte titubatum: in oratione autem prima pauci cernunt, postrema plerique. Quae quoniam apparent et intelleguntur varianda sunt, ne aut animorum iudiciis repudientur aut aurium satietate* aliisque huius libri locis (cap. 49 § 191. 193), tum ipsius «Oratoris» locis

---

1) De orat. l. III cap. 49 § 191.
2) Orat. cap. LIX §§ 199—201.
3) Minus recte hoc: scimus enim in quovis antiquae poeseos genere longe potiorem sibi vindicare locum versus clausulam.

permultis, e quibus unum exscribere sufficiat, qui est cap. LIX § 199:

Plerique enim censent cadere tantum numerose oportere terminarique sententiam. Est autem ut id maxime deceat, non id solum; ponendus est enim ille ambitus, non abiciendus. Quare cum aures extremum semper exspectent in eoque acquiescant, id vacare numero non oportet, sed ad hunc exitum tamen a principio ferri debet verborum illa comprehensio et tota a capite ita fluere, ut ad extremum veniens ipsa consistat.

Atque haec quidem generaliter de clausula rhetorica praecepit. Uberiora etiam, quamvis ordine et luce careant, de singulis pedibus clausulae convenientibus protulit, ubi de usu numeri exponit capp. LXIII maximeque LXIV §§ 215—218. Itaque cum Ciceronem non secus ac ceteros artis rhetoricae doctores ita in hac re versatum esse videam, ut de mediis periodis fere nihil, admodum pauca de exordiis, de clausulis solis satis ubera praecipiat, ego quoque clausulam rhetoricam quam copiosissime fieri poterit illustrare quam de nulla periodi parte plene exposuisse malo. Illud enim per se liquet, ipsa clausularum ratione penitus perspecta utrum Cicero ipsius de universo numero oratorio praecepta secutus sit, an cum illa scriberet munere mere rhetorico eoque omni consuetudinis observatione carente functus sit, satis demonstratum iri.

Non inutile igitur erit iam hoc loco Ciceronis de singulis clausularum pedibus praecepta breviter repetere paucisque indicare, quid reliquorum rhetorum Cicerone ipso aetate minorum de clausula rhetorica iudicio tribuendum sit.

§ 2.

Accuratiora Ciceronis de clausula rhetorica perlustrantur praecepta.

Orator. c. LXIII 212 *Insistit autem ambitus modis pluribus, e quibus unum est secuta maxime Asia, qui dichoreus*

(–⏑–⏑) *vocatur, cum duo extremi chorei*[1]) *sunt, id est e singulis longis et brevibus.*

ib. LXIV 215 *et creticus, qui est e longa et brevi et longa* (–⏑–) *et eius aequalis paean, qui spatio par est, syllaba longior* (–⏑⏑⏑ *et* ⏑⏑⏑–), *quam commodissime putatur in solutam orationem illigari* [*cum sit duplex* . . .]

ib. 216 *Ne spondeus quidem funditus est repudiandus. Etsi, quod est e longis duabus* (– –), *hebetior videtur et tardior, habet tamen stabilem quendam et non expertem dignitatis gradum, in incisionibus vero multo magis et in membris. . . Sed hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo: adiungo — quod minimum sit — proximum superiorem, saepe etiam tertium.*

ib. 217 *Ne iambus quidem, qui est e brevi et longa* (⏑–), *aut par choreo, qui habet tres breves, trochaeus* (⏑⏑⏑), *sed spatio par non syllabis, aut etiam dactylus* (–⏑⏑), *qui est e longa et duabus brevibus, si est proximus a postremo, parum volubiliter pervenit ad extremum, si est extremus choreus aut spondeus* (–⏑⏑–⏓). *Nunquam enim interest, uter sit eorum in pede extremo. Sed iidem hi tres pedes* [iambus, trochaeus, dactylus] *male concludunt, si quis eorum in extremo locatus est, nisi cum pro cretico extremus est dactylus. Nihil enim interest, dactylus sit extremus an creticus, quia postrema syllaba brevis an longa sit ne in versu quidem refert.*

Secutus sum in verbis exscribendis lectionem codicum, quia utrum recte Goellerus pag. 59 et alii viri docti hunc locum mutaverint necne, aut si re vera ineptiae insunt quid scribendum esse videatur, nisi perspecta tota clausularum ratione statuere nos non posse arbitror.

ib. 218 *Dochmius autem e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa* (⏑– –⏑–), *ut hoc est, Amicos tenes, quovis loco aptus est, dum semel ponatur: iteratus aut continuatus numerum apertum et nimis insignem facit.*

Haec fere sunt Ciceronis praecepta, quae qui deinceps

---

[1]) Notandum est Ciceronem 'choreum' eum pedem nuncupare qui vulgo 'trochaeus' (–⏑) vocatur, trochaei autem nomine significare tribrachum (⏑⏑⏑).

de eadem re scripserunt ad unum omnes secuti repetiverunt: veluti ille ipse, qui facile inter ceteros principem locum sibi vindicat, Quintilianus, qui Ciceronem ut in aliis rebus ita in hac parte tanti aestimat, ut plerumque ei se adstipulari diserte ipse semel saepius profiteatur[1]. Quamquam ad hunc virum doctum haud raro nobis erit confugiendum, praesertim cum totam artem et fusius et dilucidius denuo tractaverit. Neque accuratius suo tempore examinare supersedebimus, quo iure de quibusdam rebus veluti de mensura syllabarum in sententiis extremarum ancipiti a Cicerone dissentiat.

Multo minus autem quam Fabium ceteros qui deinceps vixerunt rhetores libero de hac re iudicio usos esse facili negotio sibi quisque persuadebit, qui corpus rhetorum latinorum minorum ab Halmio curatum percurrere voluerit. Atque ut multorum instar unum proferre mihi liceat exemplum Rufini, primo obtutu liquet eum verba 'Oratoris' libere circumscripsisse versibus quos legimus[2]:

v. 13 *Rhetoras Ausonios et Graios dactylus armat.*
dactylus armavit Ciceronem, armavit iambus
spondeusque gravis numeroque aptissime paean,
temporibusque pares, quamvis et syllaba crescat.
continuos fugito multos — fit versus — eosdem.
v. 22 *Doctus Aristoteles paeanem laudat utrumque:*
a longa incipiens primordia pulchra locabit,
'aspicere' ut verbum est, contrarius ille supremus. . . .
p. 566 v. 7 *Rhetoricas pulchre structuras dochmius ornat:*
principium bacchius erit, concludet iambus. . . .
v. 14 *hoc pede composito laudatur fama pedestris.*
ut docet Ausonius orator Tullius ingens,
omnibus iste locis numerum pes efficit aptum. . . .
v. 22 *Creticus atque trochaeus erit, qui claudere possunt,*
aut spondeus inest nullo discrimine finis, et q. s.

---

[1] Instit. orat. l. IX cap. 4 §§ 2. 56. 79 alibi.
[2] Keilii Grammatici lat., vol. VI p. 565.

Sed id quod maxime vel adeo solum desideramus, congesta exempla omnia unius compluriumve orationum nemo usque adeo praestitit, si exceperis computationem clausularum orationis pro Archia habitae, quam confecit Vossius[1]. Huius igitur viri docti computationem iam hoc loco accuratius examinare non supersedebimus.

§ 3.
Quid de Vossii clausularum computatione iudicandum sit.

Vossius quoniam usitatiores clausularum pedes enumeravit, Ciceronis plerumque repetens praecepta, has in oratione pro Archia habita clausulas obviam esse ait:

choriambos	– ⏑ ⏑ –	3		
epitritos IV	– – – ⏑	7		
diiambos	⏑ – ⏑ –	7		
ionicos a min.	⏑ ⏑ – –	15	⏑ | ⏑ ⏑ – ⏓	12
			– | ⏑ ⏑ – ⏓	3
epitritos III	– – ⏑ –	17		
antispastos	⏑ – – ⏑	26		
ditrochaeos	– ⏑ – ⏑	40		

Nos quoque eiusdem orationis clausulas, quas invenimus, brevitatis et perspicuitatis causa in schema quoddam referamus opus est:

– ⏑ – ⏒	44	96	127
– ⏑ – – ⏒	30		
⏑ ⏑ ⏑ – ⏒	13		
– – – ⏓	6		
⏑ ⏑ – – ⏒	3		
⏑ – – ⏑ ⏓	12	31	
– – – ⏑ ⏓	9		
– ⏑ – ⏑ ⏓	5		
– ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ –	1		
– ⏑ ⏑ ⏓	4		

Summa igitur harum clausularum est centum viginti septem, quae facile in duas classes discedunt, quarum altera

[1] Gerhardus Io. Vossius 'Oratoriarum institutionum' lib. IV cap. 4 p. 79.

paenultimam longam, altera brevem exhibet. Et prioris quidem classis clausularum summam duabus partibus superare vides summam alterius. Exeunt autem in ditrochaeum (nam antequam quid de syllaba extremae sententiae ancipiti iudicandum sit disputavero, usum et nomina ipsius Ciceronis sequi liceat) quadraginta quattuor, in trochaeum praecedente cretico, quam clausulam Hipponacteam vocare libet, triginta, in paeanem tertium praecedente brevi tredecim, sex in dispondeum, in trochaeum antecedente anapaesto tres: dochmii formam habent duodecim, cretici praecedente spondeo novem, trochaeo praecedente quinque, denique praecedente paeane primo una; in paeanem ipsum exeunt primum seu choriambum quattuor.

Ac primo quidem obtutu huius computationis longe alia est species atque Vossianae neque paucae inter eas intercedere videntur differentiae. Nascuntur autem illae discrepantiae vel maxime ex ea re, quod Vossius ubique quattuor tantum extremas syllabas numeravit, quam rationem equidem Ciceronis praecepta[1]) secutus nisi in ditrochaeo, dispondeo, paeane admitti non posse censebam, quia hae formae orbem quasi quendam et perfectionem videntur habere[2]). Quodsi in ceteris meae computationis clausulis, singulis vel binis syllabis praecisis, non plus quattuor extremas numeras, congruunt fere inter se hae duae computationes, quod facile ex hoc conspectu apparebit:

Clausulae Vossii				nostrae:
choriambi	– ⏑ ⏑ ⏓	3		4
epitriti IV	– – – ⏒	7		6
diiambi	⏑ – ⏑ ⏓	7		6
ionici a min.	⏑ ⏑ – ⏓	15	⏑ | ⏑ ⏑ – ⏓ 12 – | ⏑ ⏑ – ⏓ 3	13
epitriti III	– – ⏑ ⏓	17		21
antispasti	⏑ – – ⏒	26		33
ditrochaei	– ⏑ – ⏒	40		44

1) cf. Orat. § 216.

2) Hoc concludi posse videtur ex exemplis, quae Cicero laudat: persolutas, comprobavit, insanisti rell. in Orat. §§ 214 et 224.

Nam quod nostrae clausulae Vossianas plerumque numero paulum superant, facillime ita explicaveris, ut illum minora incisa fortasse minus respexisse dicas: quae quidem explicatio eo probabilior est, quod re vera clausula antispastica praecedente longa (– ⏑ – – ⏑), in qua numeri maxime differunt, decies talibus locis legitur, quibus ab Halmio interpunctionis signum minus (: aut ;) positum est. Tria vero illa clausulae heroicae exempla, quae enumerat Vossius l. l. *rejicietur, ejiciemus*, *praeconium patiatur*, Halmius in huius orationis editione nova (a. 1878) removit, cum cap. V § 10 *reicietur*[1], X 22 *eiciemus*[1], IX 20 pro *facile praeconium patiatur* scriberet *praeconium facile patiatur*, quod probo[2]. — Sed ne diutius in his rebus commorer, iam id aperiam, quod in tota Vossii computatione maximam offensionem praebet. Cum enim vir ille doctus ubique solas quattuor syllabas extremas numerarit, eum rationem et iudicio et omni veri specie carentem ingressum esse facile sibi quisque persuaserit. Haud raro res ita comparata est, ut si extremum vocabulum tres continet syllabas, ad clausulam generis veluti ionici a minori vel diiambi conficiendam una tantum syllaba brevis de antecedente vocabulo dempta praefigatur necesse sit. E diiambis illis exempli gratia, quos Vossius enumerat, hac forma insignes sunt quattuor V 9 esse dixerit, VI 12 esse deditum, ib. 13 colenda sumpsero, X 24 habuisse dicitur: ab ipsa autem illa quarta a fine syllaba brevi pausa quadam a proximo vocabulo cretico dirempta initium clausulae quam dicit diiambum facere velle a sana mente si quid video prorsus abhorret. Nos igitur ipsi, ut qua via sententiae ad finem perveniant quasi latiore contemplari possimus prospectu, in clausulis exscribendis quod minimum sit syllabas extremas sex significabimus.

Ad graviorem autem rem Vossianam computationem examinando fere inviti deducti sumus. Sicut enim quattuor

1) cf. infra. 2) cf. infra.

illa ex eis exemplis, quae diiambos esse ille voluit. ea uti forma vidimus, ut trochaeum sequatur vocabulum quod dicitur creticum, ita alibi memini me animadvertere, Ciceronem certis quibusdam verborum collocationibus veluti illo *esse videatur* aliisque unice delectatum esse, ut quaestio oriatur, summus ille auctor in clausulis struendis utrum solam quantitatem et ordinem syllabarum an simul verborum fines incisionesque respexerit. De qua re neque Cicero usquam diserte monuit, neque ex exemplis illis, quae ad illustrandas clausulas ipse protulit, multum lucramur, propterea quod admodum pauca sunt. Sunt autem haec sola:

Orat. cap. LXIV 214 *persolutas*, ib. *comprobavit*,
» » LXVII 224 *aestimasti*, ib. *insanisti*,
» » LXIV 218 *amicos tenes*, e quibus tria illa priora dichorei, quartum dispondei, extremum dochmii nominibus diserte appellat. Inde forsitan concluserit quispiam Ciceronem ditrochaeum et dispondeum eos tantum nominare. qui singulis vocabulis contineantur, dochmium autem ita accepisse ut compositus sit ex bacchio et iambo: quibus tamen de rebus, antequam usum et consuetudinem eius uberrimis exemplis illustraverimus, quicquam statuere velle nefas est. Itaque in schematis clausularum infra conscribendis ita versabimur, ut finibus verborum et incisionibus fundamenti loco positis cuiusque clausularum generis. prout vocabula extrema binas ternas quaternas quinas denique syllabas continent. quattuor conformemus classes, cum hanc rem ad universam clausularum rationem penitus perspiciendam summi spes sit fore momenti. —

Sed adhuc in ea re magnopere haesito, num singulas illas schematum classes, quorum numerus ipse per se admodum futurus sit magnus, eo etiam multiplicem, ut mensuram ultimae syllabae accurate significem. Quod utrum fiat necesse sit necne tum apparebit, ubi usum Ciceronianum accuratius cognoverimus. Quare hoc loco, id quod supra me facturum esse promisi, explicemus si placet

§ 4.

Quid de ultima clausularum syllaba ancipiti censendum sit.

Cicero igitur ipse identidem ,nihil referre dicit ultima syllaba longane sit an brevis, veluti Orat. cap. LXIV §§ 217. 218 alibi, atque duobus locis vocabula ea serie syllabarum, quam nos epitritum secundum solemus vocare, insignia dichoreos diserte vocat *persolutas* et *aestimasti*, quos locos supra alia de causa laudavi. Quintilianus contra [1]), si aurium iudicium consulat, intellegere se contendit, quantum referat verene syllaba quae concludit longa sit an pro longa, ac plenius ait sonare *ausus est confiteri* quam *dicere incipientem timere*. Quod autem in his clausulis descendentibus animadvertitur, id quanto magis valebit in ascendentibus! Et tamen nihil interesse ait Cicero *dactylus sit extremus an creticus, quia postrema syllaba brevis an longa sit ne in versu quidem refert* (Orat. § 217). Sed licet in versu propter certum ordinem et seriem pedum nihil referat, in oratione certe ultima brevis non eiusdem pretii atque longa videtur esse, immo longam firmiorem et severiorem prae se ferre speciem consentaneum est. Itaque cum facile fieri possit, ut usus Ciceronis cum ipsius de hac re verbis non congruat, collocemus quarundam orationum clausulas ita quidem, ut neglectis verborum incisionibus ultimae syllabae mensuram accurate enotemus. Sufficiant autem ad hanc rem illustrandam fere tres orationes, quas nulla certa ratione ductus e toto numero excipiam:

---

[1]) Inst. or. IX 4, 93 sq.

Clausulae orat.	de imp. Cn. Pomp.		in Catilinam II		pro rege Deiotaro	
descendentes	301	sent. interrog.	167	sent. interrog.	221	sent. interrog.
– ⏑ – ⏑	69	12	24	4	33	4
– ⏑ – –	28	7	7	3	12	4
– ⏑ – – ⏑	69	9	28	1	29	5
– ⏑ – – –	27	6	12	3	13	2
⏑ ⏑ – – ⏑	7	2	5		4	
⏑ ⏑ – – –	2		2	1	2	
⏑ ⏑ ⏑ – ⏑	28	5	7	1	9	3
⏑ ⏑ ⏑ – –	6	1	2	1	2	1
– – – ⏑	10	3	7	1	10	
– – – –	2	1	1	1	8	3
summa:	248	46	95	16	122	22
ascendentes						
⏑ – – ⏑ ⏑	12	4	18	1	34	4
⏑ – – ⏑ –	10	3	11	2	22	8
– – – ⏑ ⏑	8	1	12	2	17	2
– – – ⏑ –	6	2	11	3	7	1
– ⏑ – ⏑ ⏑	5	2	9	2	8	2
– ⏑ – ⏑ –	6	1	6	2	7	2
– ⏑ ⏑ ⏑	3	2	2		3	1
– ⏑ ⏑ –	3	2	3		1	1
summa:	53	17	72	12	99	21

Ut igitur duce tabula singulas clausulas perlustremus, in ditrochaeo numerus clausularum breviter exeuntium in omnibus orationibus longe finientes ita superat, ut efficiatur ratio 126 : 47.

Paulo minus praevalet brevis ultima in clausula Hipponactea, ut si medium sumas orationum numerum habeas rationem quae est 126 : 52.

Similis ratio (16 : 6) obtinet in clausula antispastica praecedente brevi (⏑ ⏑ – – ⏓); multo vero magis praevalet brevis ultima in clausula ⏑ ⏑ ⏑ – ⏓ (44 : 10); contra in clausula – – – ⏓ brevium ad longas ratio est 27 : 11.

Itaque si harum prioris classis clausularum summam spectas, ex quadringentis sexaginta quinque clausulis trecentae undequadraginta ultimam brevem, centum viginti sex longam exhibent, ita ut breves syllabae longas fere duabus partibus superent 339 : 126.

Ut ad alteram classem paenultima brevi insignem transeamus, dochmius aliquanto saepius in brevem exit quam in longam, ut habeas 64 : 43.

Idem fere valet de cretico praecedente spondeo (37 : 24); in iis vero quae deinceps sequuntur clausulis –⏑–⏑⏓ et –⏑⏑⏓ longa ultima adeo corroboratur, ut ultimas breves numero fere adaequet (22 : 19 et 8 : 7).

Ergo cum huius classis clausulae summam conficiant ducentarum viginti quattuor, e quibus centum triginta una ultimam brevem, nonaginta tres longam habent, breves syllabae superant longas ne una quidem parte 131 : 93.

Quae cum ita sint, quamvis omnino praevaleant clausulae in brevem exeuntes, id quod in natura et indole linguae latinae positum esse existimo, tamen facile apparet in iis clausulis, quae paenultimam brevem habent, extremas longas multo propius accedere ad breves, quam in clausulis longa paenultima insignibus. Cuius rei causam si quaesiveris, fortasse facile fieri posse opinaberis, ut sententiae interrogativae hanc formam clausulae, quae paenultimam brevem exhibet, vel maxime adament, cuius natura ascendens sonum characteremque interrogationis referre videatur. Quae quidem opinio prima specie habet quo nobis sese commendet, cum tabula nostra, in qua interrogationes adnotavi, in utraque classe pro maiore numero clausularum breviter quam longe cadentium interrogationes in longam exire quam in brevem malle doceat. Sed hoc ipsum ni fallor magis valet in priore classe quam in altera ascendentem naturam prae se ferente. Atque si huius classis interrogationum summam comparaveris cum summa prioris classis, admodum parvum inter utramque intercedere discrimen facile deprehendes. Nam in quadringentis sexaginta quinque prioris classis clausulis octoginta quattuor, in ducentis viginti quattuor alterius

quinquaginta insunt sententiae interrogativae, ita ut in hac (plus quam) quaternae clausulae, (plus quam) quinae in illa singulas exhibeant interrogationes. Vides igitur hanc differentiam minorem esse, quam quae causam nobis suppeditet, cur longae ultimae in iis clausulis, quas ascendentes vocare libet, magis adaequare studeant numerum brevium quam in altera classe. Itaque Tullius aut illas magis in longam exire voluit quam clausulas descendentes — quamquam si ad hanc rem re vera attendit, merito miramur quod nihilominus breves ultimae praevalent — aut causa huius de qua agitur rei aliunde repetenda est. Atque equidem nullus dubito quin illa causa in ipsius linguae natura posita sit, quae quidem natura ea est, ut vocabula paenultima longa insignia multo libentius in brevem exeant quam quae paenultimam brevem habent. Excussi enim eo consilio orationis de imperio Cn. Pompei paragraphorum 1—10 omnia quaeque vocabula polysyllaba eorumque prosodiam hanc fere esse inveni:

. . . . – ⏑	. . . . – –	. . . . ⏑ ⏑	. . . ⏑ –
212	95	92	80

En easdem numerorum rationes, quae supra in clausulis obviam fuerunt, ut Ciceronis de ultimae mensura communi verba ab ipsius usu et consuetudine scribendi non dissentire luculenter appareat.

Fortasse ultima mensura dubia admonitus exspectaveris, me hoc loco de universa mensurae quae in clausulis adhibenda sit ratione pauca esse prolaturum. Nam cum poetas latinos et antiquissima et aurea quae dicitur aetate florentes nonnullis vocalibus veluti **i** in dativis mihī̆ tibī̆ sibī̆, **o** littera in nominativis et in prima quaque verborum persona singularis numeri, aureae autem aetatis poetas[1]) qualibet denique vocali brevi ante mutam cum liquida pro metri commoditate modo unam expleri modo duas voluisse sciamus moras, eodem pacto dubitemus oportet, utrum Cicero illas vocales pro longis

---

[1]) Nam priscae latinitatis poetae vocali brevi ante mutam cum liquida nusquam pro longa utuntur, unde sequitur Ciceronianis quoque temporibus positionem illam quam dicunt debilem in licentiarum numero habitam esse a prosa oratione arcendarum.

an brevibus acceperit. Sed quoniam in praeferenda alterutra forma duci nos necesse est virtute clausularum hac illave ratione oriundarum, infra perspecta clausularum ratione totam hanc materiem praestare mihi videbatur comprehendere ibique omnium exemplorum testimoniis comprobare, cur eas ipsas prosodias, quas in clausularum tabulis enotavi, unice rectas esse existimaverim. Restat igitur ut

§ 5

de hiatu in clausulis obvio quid statuendum sit

brevissime indicemus.

Cum e Graecis scriptoribus Isocratem, totius artis illius si non inventorem at perpolitissimum cultorem, religiosissime, ceteros qui deinceps eum secuti sint maiori minorive studio concursum vocalium ut vitiosum fugisse sciamus ex Benseleri 'de hiatu in scriptoribus graecis' libro, proprium fuit linguae latinae inde ab antiquissima aetate coniungi tales vocales in pronuntiando ita, non ut plane eximeretur prior vocalis, sed ut imminuta quadamtenus coiret et confunderetur cum sequenti. Itaque non solum comicos Romanorum poetas, Plautum inprimis, cum volgari pronuntiationi accommodare studerent versus, maxime gavisos esse elisione videmus, sed etiam Cicero et Quintilianus hunc modum iungendi inter se vocales in prosa oratione fuisse usitatissimum multis locis testantur[1], e quibus unum protulisse satis habeo in Orat. cap. XLIV § 150 obvium: ... *ut in legendo oculus, sic animus in dicendo prospiciet, quid sequatur, ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas voces efficiat aut asperas. Quamvis enim suaves gravesve sententiae tamen, si inconditis verbis efferuntur, offendunt aures, quarum est iudicium superbissimum. Quod quidem Latina lingua sic observat. nemo ut tam rusticus sit, qui vocales nolit coniungere.*

Attamen nonnulla hic sunt monenda. Sane quidem nemo haerebit in coniungenda vocali brevi exeunte cum sequenti

---

[1]) cf. Orat. 23, 77; 45, 152 sq. Quintil. inst. or. lib. IV cap. 4 § 33 sq.; lib. IX cap. 4 § 40.

longa vel brevi; difficiliori autem modo longa vocalis diphthongusve cum sequenti vocali longa vel adeo brevi coit, atque maximam denique res offensionem habet, si monosyllabum antecedit vocalem insequentem. Quod ad polysyllabas voces attinet, poetae aureae quae dicitur aetatis veluti ipse Horatius perraro tales voces elidunt et quidem cautissime voces iambum vel creticum efficientes[1]. Sed hoc valet de melicis tantum eius et lyricis. In satiris enim et epistulis, quas ipse, cum ad sermonem vulgi prope accedant, ‘sermones’ vocat, haud raro eiusmodi elisiones eidem poetae Venusino placuerunt. Idem in dactylicis, nam alioquin rarissime occurrunt, monosyllaba in vocalem vel **m** litteram exeuntia pro metri commoditate vel elidit vel cum hiatu imminuta integrave mensura in versum ire sinit. Apud Plautum autem res ita tractatur, ut monosyllaba longa si in arsi locantur, plane plerumque amittant vim metricam, sin theseos tenent locum, amissa dimidia fere prosodiae parte cum sequenti vocali brevi metrici ictus vi coniuncta unam expleant longam, ut ‘quae ego’, qui erat’ trochaeorum vice fungantur. Sed cum in clausulis prosae orationis vix ac ne vix quidem scire possimus, arsine an thesi orator fungi voluerit monosyllabum quodvis, cumque Cicero[2], id quod summi est momenti, neglectam cuiuslibet vocalis ante proximi verbi vocalem elisionem exceptionis loco habeat[3] non nisi a poetis metri necessitate interdum veluti ab ipso usurpatae semel[3], nobis nihil relinquitur, nisi ut ubique vocalium extremarum vi metrica neglecta solius numeremus vocalis proximi verbi mensuram.

---

[1] Vide Mauricii Hauptii observ. crit. pgg. 18. 19. Luc. Mueller, praef. ad Hor.

[2] cuius aequalis ipse Catullus quantopere elisione gavisus sit docet c. 63 versus 6: *Quám modo quí me unum átque únicum amícum habuít.*

[3] cf. Orat. cap. XLV, § 152. Ibidem legis Ciceronis hexametrum: *hoc motu radiantis Etesiae in vada ponti* (cf. Arati phaen. v. 151), vel Naevi senarium: *vos qui accolitis Histrum fluvium atque algidam.*

Caput II.

Quoniam persecuti sumus, quae praemonenda putabamus, iam in eo sumus, ut ad ipsas clausulas aggrediamur ea ratione colligendas quam supra descripsi. Ea autem via progredi libet, ut primo loco tres quattuorve ex mediarum posteriorumve orationum numero excipientes accuratius persequamur rationes clausularum metricas, altero loco quam plurimas orationes ex omnibus Ciceronis vitae temporibus sumptas collocemus et inter se comparemus, ut oratoris in hac re usus semperne idem fuerit necne perspiciatur.

§ 1.

Enumerantur clausulae orationis pro Archia poeta
ad iudices habitae anno a. Chr. n. 62.

(ed. Halm 1878)

I.

1. suo iure debet.
studiorum exstitisse.
salutem ferre debemus. ||
2. dediti fuimus.
inter se continentur. ||

II.

3. genere dicendi.
asciscendum fuisse. ||

III.

4. gloria contigit.
administratioque superaret. ||
5. non neglegebantur.
dignum existimarunt.
consule et Catulo.
aures adhibere posset.
suam receperunt.
familiarissima senectuti. ||
6. Crasso colebatur.
forte simulabant. ||

IV.

Heracliensibus impetravit. ||
7. familiarissimum suum. ||
8. amplius causa dictast.
infirmari, Grati, potest?
adscriptum negabis?
sed egisse dicit.
Heracliensem dicunt.
interisse scimus omnes.
memoriam flagitare;
corrumpi desiderare. ||
9. Romae conlocavit?
tabularum auctoritatem. ||

V.

commotum esse dixerit.
Licini videtis. ||
10. fuerit adscriptus?
gloria noluisse.
voluit reicietur? || cf. infra.
11. Census nostros requiris.
populi partem esse censam.
Lucullo pro consule.
iudicio revincetur. ||

VI.

12. homine delectemur.
defessae conquiescant.
eadem relaxemus?
esse deditum:
lucemque proferre:
somnus retardarit? ||
13. recolenda sumpsero?
periculis defuit.
hauriam sentio. ||
14. impetus obiecissem.
exemplorum vetustas:
lumen accederet.
excellentium conformabam. ||

VII.

15. eruditi fuerunt?
certum quid respondeam.
exstitisse fateor;
valuisse doctrinam.
solere exsistere: ||
16. Catonem illum senem:
studium contulissent.
liberalissimum iudicaretis.
peregrinantur rusticantur. ||

VIII.

17. aliis videremus.
non commoveretur?
mori non debuisse.
a nobis omnibus:
ingeniorum neglegemus? ||
18. dicere ex tempore!
atque sententiis!
laudem perveniret.
ego non diligam?
defendendum putem?
quodam spiritu inflari.
esse videantur. ||
19. barbaria violavit.
atque consistunt:
voce moveamur?
oppido dedicaverunt:
atque contendunt. ||

IX.

repudiabimus?
laudemque celebrandam. ||
20. facile patiatur.
libentissime audiret:
optime praedicarentur.
posse celebrari. ||
21. totum ab hoc expressumst:
nomen illustrant.
regione vallatum;

esse atque servatam;
pugna illa navalis;
monumenta nostri triumphi:
fama celebratur. ||

22. Romani nomen ornatur
rebus adiungitur.
laude decorantur. ||

X.

civitatem receperunt:
civitate eiciemus? | cf. infra.

23. sane continentur.
(–) est et laborum. ||

24. habuisse dicitur.
etiam obruisset.
clamore adprobaverunt? ||

25. perficere non potuit.
petentem repudiasset:
postea scriberet
copiam non expetisset? ||

26. impetravisset?
aures suas dederit. ||

XI.

prae nobis ferendum:
gloria ducitur.
nomen suum inscribunt:
nominari volunt. ||

27. exornavit suorum.
Musis consecrare,
salute abhorrere. |

28. vobis confitebor
versibus atque inchoavit:
adhortatus sum.
laudis et gloriae:
laboribus exerceamus? ||

29. vita dimicaret.
posteritate adaequandam. ||

XII.

30. omnia arbitremur?
homines reliquerunt:
expressam et politam?
memoriam sempiternam.
quadam speque delector. ||

31. Metelli comprobetur.
esse videatur. ||

32. probata esse omnibus:
exercet certo scio. ||

Quantum igitur in clausulis cuiuslibet generis struendis referat extremum duasne contineat verbum syllabas an plures, facile intelleges, ubi schema in quod has clausulas redegi oculis perlustraveris:

voces bisyllabae:

– ⏑ | – ⏑	4	13
– – | – –	1	
– ⏑ | – –	2	
– – – | ⏑ ⏓	5	
– – ⏑ – | ⏑ ⏑	1	

trisyllabae:

⏖ – | ⏑ – ⏒	11	48
– ⏑ | – – ⏒	14	
⏑ ⏑ ⏑ | – – ⏒	2	
– | – – –	1	
⏑ – | – ⏑ ⏓	8	
– – | – ⏑ ⏓	4	
– ⏑ | – ⏑ ⏓	4	
– | ⏑ ⏑ ⏓	3	
⏑ | ⏑ ⏑ ⏑	1	

monosyllaba:

⏑ – – – | ⏑	1

quinquesyllabae:

– – ⏑ – ⏓	4	13
– ⏑ – – ⏓	7	
⏑ ⏑ ⏑ – ⏑	2	

quadrisyllabae:

| – ⏑ – ⏓	23	54
| – – – ⏑	3	
– | ⏑ – – ⏓	10	
⏑ | ⏑ – – –	1	
⏖ ⏑ | ⏑ ⏑ – ⏓	11	
⏑ | – – ⏑ ⏓	3	
– | – – ⏑ ⏓	3	

hexasyllaba:

⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑	1

Vides enim, si summas spectas, superari ceteras numero quadrisyllabarum (54) eique proximam esse summam trisyllabarum; longo spatio ab his distant quinquesyllabae voces et bisyllabae.

Atque ut ab his ordiamur, trochaica voce praecedente trochaeo quater Cicero usus est, iambica vel pyrrhichiaca praecedente molosso quinquies.

E trisyllabis vocibus saepissime occurrunt primum eae, quae antibacchii forma indutae excipiunt trochaeum (– ⏑ | – – ⏓), ut exsistat clausula antispastica, qua magnopere delectatur Tullius, deinde eae quae amphibrachum reddentes praecedente longa conficiunt ditrochaeum (– | ⏑ – ⏓). Numero proxima sunt verba cretica, quae praecedente iambo octies dochmiacam conficiunt clausulam (⏑ – | – ⏑ ⏓), quater praecedente spondeo (– – | – ⏑ ⏓), quater trochaeo (– ⏑ | – ⏑ ⏓) occurrunt. Tria denique leguntur verba anapaesti forma insignia, quae praecedente longa conficiunt choriambum.

Liceat enim mihi adhuc solam mensuram syllabarum proxime praecedentium notare, cum de latiore quasi decursu clausularum paulo infra sim acturus.

E quadrisyllabis vocibus frequentissimae sunt ditrochaicae (23), quibus dimidio rariores sunt voces et quae antispastum praecedente longa (– | ⏑ – – ⏑̄) et quae paeanem tertium praecedente brevi (⏑ | ⏑ ⏑ – ⏑̄) conficiunt. His adiungendae sunt voces forma epitriti tertii praeditae, quae brevi (⏑ | – – ⏑ ⏑̲) ter, ter longa antecedente occurrunt.

Quod ad quinquesyllabas voces attinet, quattuor exeunt in ditrochaeum, septem antispasticam clausulam, duo paeanem tertium praecedente brevi conficiunt.

Ut igitur totum breviter complectar, vides esse clausulas, quae raro in bisyllabas, saepius in trisyllabas, maxime in quadrisyllabas voces exire velint, veluti clausulam trochaicam, esse autem alias, quae evitent in fine bisyllabas, trisyllabas contra et quadrisyllabas aut pariter adament, veluti clausulam antispasticam praecedente longa (– ⏑ – – ⏑), aut trisyllabas magis quadrisyllabis veluti dochmiacam (⏑|–‖–⏑–), alias denique non nisi aut trisyllabis, qualis est forma – ⏑ | – ⏑ –, aut quadrisyllabis veluti peculiarem illam Ciceroni – ⏑ | ⏑ ⏑ – ⏑ se velle formari.

Sed fortasse diutius in hac oratione perlustranda commoratus sum ideoque eas orationes, quarum deinceps enumeraturus sum clausulas, comprehendere mihi liceat ita, ut in unum infra schema eas redactas fusius explicem. Hac enim ratione et repetitiones molestae evitabuntur et faciliori negotio perspici poterit, quid singulae orationes peculiare, quid omnes commune habeant.

§ 2.

Enumerantur clausulae trium aliarum orationum

α) orationis in Catilinam IV habitae in senatu a. 63.

(ed. Halm 1878)

I.

1. oculos esse conversos;
esse sollicitos.
vestris cogitate.
salusque pariatur. ‖
2. atque insidiis fuit.

timore sanavi.
fortuna subeatur.
fatalem exstitisse?||

II.

3. salutemque defendite:
cogitare desinite.
relaturos esse gratiam:
paratoque moriar.
misera sapienti.
circumsessum videtis:
conspectu meo gener.
peste pereamus.||
4. nisi providetis.
iudicium adducitur:
Romae restiterunt;
cuiusque confessio;
calamitatem relinquatur.||

III.

5. ante me est nemini;
dedistis amplissima.
esse videantur.||
6. poena quid censeatis.
quae sunt consulis.
civibus nunquam putavi.
vobis ante noctemst.
vehementer erratis.
disseminatumst hoc malum:
provincias occupavit.
nullo pacto potest:
vobis vindicandumst.||

IV.

7. acerbitates amplectitur.
severitate versatur.
usurpatum recordatur.
miseriarum quietem.
libenter oppetiverunt.
sceleris inventa sunt.
dispertiri iubet.
decernatur, tamen si placet.
difficultatem si rogare:||
8. dignitatis recusare.
vincula ruperit:
hominum perditorum.
populum possit levare:
consolari solet.
publicari iubet:
poenas ademisset.
pertimescendam.||

V.

9. video quid intersit.
pertimescendi:
negoti contrahatur.
rei publicae vincat.
publicam voluntatis
populi consulentem.||
10. sententiam ferat.
praemiis adfecit.
causa iudicarit.
nullo modo esse posse;
publicae dependisse.
esse popularem.

popularis esse possit:
mendicitas consequatur.||

VI.

11. leniorem fuisse.
punienda crudelitas?
meo sensu iudico.
et misericordia.
incendio concidentem;
acervos civium;
vestra caede bacchantis.||
12. vehementemque praebeo.
esse videatur?
cruciatumque lenierit.
misericordes habebimur:
fama subeundast.||
13. necatum esse dixit.
quod simile factum?
publicae consilium?
quaedam contentio.
Gracchumst persecutus;
publica deminueretur:
statuisse videamini:
fuisse videamini.||

VII.

14. dissimulare non possum.
die transigunda.
conservandas voluntate.
omnium denique aetatum;
huius loci ac templi.
perire voluerunt.||
15. secerno lubenter;
numero habendos puto.
dignitatemque consentiunt!
Romanos commemorem?
rei publicae certent;
haec causa coniungit:
partem esse venturum.
fortissimos viros;
communem esse conversos.||
16. etiam tenuissimorum.
dulce atque iucundum?

VIII.

esse iudicaverunt.
defendendum excitavit?
salutem voluntatis.||
17. suae salvum esse velint.
amantissimumst oti. cf. infra.
sustentatur alitur otio.
incensis futurum fuit?||

IX.

18. videamini providete.
vestram reservatum;
voce consentiunt;
urbis tecta commendat.
vobis iudicandumst.||
19. semper facultas datur;
atque idem sentientem.
nox paene delerit.
die providendumst.
consulari videretur.||

X.

20. de me pauca dicam.
contemptam et abiectam.
conscripti paenitebit.
nemo est consecutus;
gratulationem decrevistis. ||

21. decedere coactus est:
Numantiamque delevit;
Perses honestavit;
servitutis liberavit.
terminis continentur:
victores revertantur. ||

22. obligatos putant;
beneficio placare possis.
susceptum esse video.
populari posse confido.
labefactare possit. ||

XI.

23. memoriam postulo:
saeptum esse arbitrabor.
esse memineritis. || cf. infra.

24. instituistis ac fortiter.
ipsum praestare. ||

β) Orationis pro Annio Milone ad iudices habitae anno 52. (ed. Halm 1879)

I.

1. iudiciorum requirunt. ||

2. timore possimus.
orationi locum.
auctoritate publica armare. ||

3. silentium pollicentur.
decertari putat. ||

II.

quid iudicaretis:
salute neglexit. ||

4. habetis deponite.
sapientiamque recreemur. ||

5. carere non possumus?
improbos senserat:
viros infringendam. ||

6. non abutemur.
felicitati adsignetis.
liceat defendere. ||

III.

7. videre possitis.
esse fateatur.
stultissimi disputant?
interfectam fateretur.
factum esse defendi?
iure caesum videri. ||

8. interfici nefas esset.
sententia liberatum. ||

9. porrigi legibus. ||

IV.

illata defenditur.
turpiter maluit.
periculo liberavit. ||

10. inferri iniusta nex?
quid gladii volunt?
nullo pacto liceret.
expediendae salutis;
iusta repetenda.||
11. telum iudicaretur.
causa, iudices;
interfici iure posse.||

V.

12. publicam esse factam.
studiis comprobavit.
nobis acta in senatu!
tacitis nec occultis!
causam non probarent?
vellem decernere.
amentiam perditorum.||
13. constituendam putavit;
constitueretur.
constituendam putasse?
factum esse decrevit?
contra rem publicam.||
14. tamen non vulnerarunt.||

VI.

reservavi rem notavi.
nullam haberemus;
ordinem quaereretur.
flagitia proferre:
intercessione sublatast.||
15. de causa iudicavit;
Clodius occisus esset.
Quid ergo tulit?
nempe ut quaereretur.
Quid porro quaerendumst?
suscipi posse.
illam tristem dedisset.
spectare oporteret.
interitum putavit.||

VII.

16. putarit an tempori.
decreta a senatust.
vis esset illata!
quis tum non gemuit?
exspectatam esse mortem?
Africani morte latast?||
17. obscuri necantur.
summorum atque infimorum:
teneatur et legibus.
suorum sit interfectus;
posteri latrocinarentur.||
18. facinus puniendum.
tragoedias excitat:
sanguine imbutast.
illa commemoro?
caruit publico;
iudiciorumque texit.||
19. quaestio decretast?
omnia fuerunt.
salus civitatis;
omnes concidissent.
legibus vindicentur.
certe nihilo minus.||
20. manibus effugi!
quaestionem tulisset?||

VIII.

conferre audeamus:
ferre nemo potest.[1])
civem desiderant. ||

21. praeditus multa vidit:
reconciliatae gratiae;
fortiter iudicaturos.
legendis amicos meos;
etiam si cupissent.
coniunxit cum bonis:
non studiosos mei. ||

22. humanitatem, fidem.
perditorum temeritati.
documenta maxima. ||

IX.

23. insidias fecerit.
diligenter attendite. ||

24. annum atque integrum. ||

25. fieri videbat.
numeris sustineret:
civium conscribebat.
dies convalescebat. ||

26. occidendum Milonem.
quos videbatis.
posse, vitam posse.
Favonius detulit. ||

X.

27. insidias collocaret.
nunquam reliquisset.
redire potuisset.
puerorumque comitatu. ||

29. aut non multo secus.
servos qui post erant:
facere voluisset. ||

XI.

30. nihil quid omnes boni;
vosque servaret.
habeo quod defendam:
esse pereundum. ||

31. illi tradidisset.
saepe quaesitumst.
factum iudicavit:
est ut quaereretur.
quaestionem tulit. ||

XII.

insidias fecerit?
scelere solvamur. ||

32. fecisse Clodium?
utilitates fuisse.
improbi saepe parvo.
cogitatis furoribus;
vetustate audaciam. ||

33. urbe versamini?
atque inusturus?
deferre posses.
non dicam consule?

---

[1]) Sic enim sine dubio scribendum est cum codice optimae notae Monacensi (quod etiam Halmius malebat in ed. magna) pro animo ferre potest, cuius clausulae haud facile alterum in Cicerone invenias exemplum.

totum dicere.
etiam reprehensiost.
lumen curiae. ||

XIII.

meae postulare?
dilaniandum reliquisti.
certe non debeo. ||
34. vicissim ad Milonem.
interfici Clodium?
admitteret sed optaret?
utebatur quam Clodio.
imprudentium timor.
metu proponeret?
possetque constringere.
publicam liberare?
morte cecidit.
civem metueretis:
gloriae suae perdidit.
tentari coeptus est.
Clodi mors Miloni. ||
35. quid vultis amplius?
improbos odimus?
Clodius quoad vixit.
tulisse creditis?
etiam iustum fuisse? ||

XIV.

36. eadem coarguant.
iudiciumne timui?
non arma non vim?
iniusta eiciendi? cf. infra.
iudicium timendum fuit.
obici nolui. ||
37. cum mihi adesset:
ut vitam amiserit.
acceperat conquievit?
ac paene confecit. ||
38. civitatem teneret.
praeclarae fuerunt!
iure se ulcisci?
suo vulnerato?
in foro caede facta.
oppugnata domo?
lata lex de me?
pro sua vindicaret. ||

XV.

39. restitutor salutis meae;
defensores mei;
Romam concurreret;
praemiis cogitaretur.
vim nunquam vocavit. ||
40. opprimendi fuit!
immortales fuit!
maxima gloria?
quotiens potestas fuit!
virtute sua liberet. ||

XVI.

41. aliquorum querela?
dubitavit occidere?
42. oculos intuemur.
saepe fastidiunt. ||
43. auspicia veniebat?
regnaturum putaret!

impunitatis spem?
per leges liceret?||
44. quid ego argumentor?
quid plura disputo?
sors dedit iudices.
Milonem triduo.
res est quam dixerat.
dubitare quid fecerit?||

XVII.

45. dies non fefellit.
negoti nihil erat. cf. infra.
itaque antevertit.
plebis concitata:
nunquam reliquisset.
necessitas fuit.
suspicari quidem potuit?||
quaerere non potestis.
facillime scire posset.
unde quaesivit?
testium vestrorum.
constituisse proficisci;

XVIII.

47. testimoniis sint confectae.
omnino non erat.
perditi describebant.
fuisse rediturum.
videar id cogitasse.||
48. villa non fuisset.
adpropinquare.
reliquerat morientem?
et me scripserat.
ei nuntiabatur?||

XIX.

49. Romam properaret?
noctem se coniceret?
festinationis quod heres erat?
Romam mane venisset?
exspectandum fuit.||
50. confitentem volunt.
ostendisset Milonem;
citaretur Etruria.||
51. tangeret deversurum.
noctu venturus esset?||
52. iudices, omnia:
interitum Milonis;
auditum ex Milone;
ignotum fuisse.
dissimulasse rediturum;
fuisse metuendum.||

XX.

53. fuerit aptior
diutius cogitandumst?
potissimum elegerat?
impetum cogitarat?||
54. semper valet plurimum
cogitaret mali:
impeditissimum?
paene constrictus esset?
e villa subito:
vesperi quid necessest?

praesertim id temporis?
villam ut perspiceret?
tergiversatio:
relinquere noluit. ||

XXI.

55. impedimentis comparate
comitatu nugarum nihil.
ancillarum greges:
lectum esse diceres.
Cur igitur victus est?
viatore occiditur;
inciderat in viros. ||
56. fere esset paratus.
auderet cogitabat.
custodia proiciebat. cf. p. 82.
expetiverunt. || cf. p. 72.
57. eos manu misit?
Clodium confiteri.
opus est tortore?
iure an iniuria?
iuris in iudicio. ||

XXII.

invenire vis id fatemur.
factum reprehendere. || cf. p. 81.
58. caput defendissent.
propter quos vivit?
oculosque satiavit.
defensores necis.
praemium persolutum. ||
59. atrio Libertatis.
quis eos postulavit?
potest agi severius?
violatis quaeritur.
ipsa tristius:
inveniri potest?
aut qualis quaestio? ||
60. cave sis mentiare.
insidias fecit Miloni?
sperata libertas.
quaestione certius?
colloqui possit:
quid incorruptius? ||

XXIII.

61. vultus quae oratio.
arma commiserat:
nonnulla credenti.
putent qui peccarint. || cf. p. 71.
62. defensionis constantiam.
etiam imperitorum?
esse rediturum. ||
63. ipse servasset.
portenta loquebantur:
nefarias suspicantur!
vereque defendere. ||

XXIV.

64. sustinuit di immortales!
pro nihilo putavit!
neglegere potuisset.
posse indicabatur;
comparatorum:
repudiata sunt quam quaesita. ||
65. sentio iudices.

commissast res publica.
Pompeio coniurasse: cf. p. 70.
illis ne indicaret.
defert ad senatum.
gladiatoris probari. ‖
66. aliquid timeretis.
horas nuntiabatur:
tamen audiebatur.
timidum suspicari:
nimiam nullam putabam.
cum telo esse diceret.
ipsa loqueretur. ‖

XXV.

67. suspiciones perhorrescimus.
res publica armatast. ‖
68. esse commissas?
gloria contendisse;
tuis gubernatum;
petitione praeturae;
beneficio me suo.
quod nunc etiam facit. ‖

XXVI.

69. quantae timiditates.
animi desideres. ‖
70. iudicia ipsa tolleret?
conferri in Milonem:
confitentur liceret. ‖
71. libere iudicare. ‖

XXVII.

72. Clodi sentiatis.
gloriose liceret:
expiandas saepe censuit;
73. dixit comperisse;
armis exterminavit;
et armis compulit.
impressam exstingueret; ‖
74. exstruere in alieno. ‖
75. viro conflagrandum;
aditu et limine. ‖

XXVIII.

76. incredibilis patientia:
potuissetis aut ferre?
vestras pecunias;
pecunias dico?
libidines cohibuisset.
omnibus quae tenentur?
omnium possideret? ‖
77. atque audite cives:
id ferret civitas!
dicat et sentiat?
fuerint iudicare.
laetitiam nec tantam. ‖
78. memoriae iudices.
esse visuros:
visuros fuisse.
civitati fore.
potuisse arbitretur?
habere potuissent? ‖

XXIX.

videar quam verius.
versaretur odium meum.
exiti fuerit. ‖ cf. p. 80.

79. attendite iudices.
vultu extimuistis? cf. p. 52 sq.
cogitatione percussit?
facturum fuisse?
publicam non fecisset.
lata lex nunquam esset.
quos liberavisset?|| cf. p. 70.
80. urbibus Graeciae!
cantus quae carmina!
rapi patiemini?
etiam praedicandum. ||

XXX.

81. laudis essent petenda?
adsequeretur amplissimos:
defensorem fuisse.
ingrata civitate;
ceteri laetarentur?||
82. nostram putaremus.
ausurum arbitrarer?
periculum non timeret?
vir vere putandus est.
fecisse paeniteat. ||
83. sua niteretur.
sibi deberi putant.
posteris prodiderunt. ||

XXXI.

84. tam praeclaro motu:
sentire possimus.
licentiam sempiternam. ||
85. res illa perfecta:
suum retinuisse.
molibus oppresserat;
oculos aperuisti:
poenae solutae sunt. ||
86. poenam reservatus. ||

XXXII.

amburereretur abiectus.
esset vita damnata. ||
87. insultare pateretur.
fortunis eiecerat;
regna non poterant;
nostris addicerent;
suum fore putaret. ||
88. nemo praeter Milonem.
devinctum arbitrabatur.
esse dicebat;
unus urgebat. ||

XXXIII.

faceret insidias.
suo iure esset ulta.
eum circumscripsisset.
aliquid profecerat. ||
89. coercendo fortes fuissent?
esse meminisset?
possideret teneret;
libertos suos fecisset;
nullam haberetis. ||
90. curiam incenderit?
luctuosius vidimus? cf. p. 78.
vivo non esset ausus?
vivus everterat. ||
91. potestis a mortuis:

furias insepulti.

toto foro volitarunt cf. p. 69 sqq.

incredibili fide. ||

XXXIV.

92. fortasse multa.

imploro et exposco?

adiuvandus magis. cf. p. 78.

facere debemus! ||

93. intersum cotidie.

florentes sint beati;

me tamen perfruantur:

ea conquiescam. ||

94. suscepti labores!

cogitationes inanes meae!

defuturum putarem?

non futurum locum?

quem secuti sumus?

illi inquit tui?

atque defensio?

potest opitulari? ||

XXXV.

95. vultu quo videtis.

pericula non negat.

publicam singularibus.

ablaturum esse dicit. ||

96. consulem declaratum;

facti crimen obstare.

certe vera sunt:

patriam liberare;

cives suos vicerint;

97. praemium, gloriam:

mortui viveremus;

viderentur ascendere. ||

98. obmutescet vetustas.

sermone celebramur.

institutos dies:

laetitia peragravit.

nominis mei gloria. ||

XXXVI.

99. dolore divellor.

vulnus accepero.

sed semper optime.

semper feceritis. cf. p. 81.

luitur quam Milonis?

tantum mali videro. ||

100. officium defuit.

temporum contuli;

futura deposco.

tua ducam meam?

esse videatis. ||

XXXVII.

101. non movetur Milo;

esse non poenam.

retinebitis ipsum eicietis? cf. p. 82.

hic qui procreavit?

sanguinem effudistis;

exterminabitur, proicietur? || cf. p. 82.

102. retinere non potero?

parentem alterum putant?

temporum illorum?

nostram ille servasset? cf. p. 70.

causa non potuisse?

Clodi morte acquierunt: cf. p. 70.

103. protuli exstinxi?

fonte illo dolores.

esse voluistis?

essem restitutus?

quos restitutus sum?‖

XXXVIII.

spectaculum viderem!‖ cf. p. 48.

104. conservandum virum!

necessest non debitas.

forte pro patria?

esse patiemini?

vobis ad se vocabunt?‖

105. miserum si amiserit!

lacrimis defendi vetat.

sentietis id audeatis.

fortissimum quemque elegit.‖

γ) Orationis pro Q. Ligario apud Caesarem habitae anno 46.
(ed. Halm 1879)

I.

1. ausus est confiteri:

me vertam nescio.

salutem abuterer.

impetravissent.‖ cf. p. 70.

2. dignum, patrem tuum.

culpam reprehendatis. cf. p. 81.

provinciae praefecisset.

integritas ac fides.‖

3. geri quam parari.

negotio passus est.

eum statim concursumst.

consilio deferebatur.

Vari conquievit.‖

II.

4. suspicionem belli;

pacem esse expediret.

debet offendere:

igitur remansio?

necessitatem etiam honestam;

praepositus Africaest.‖

5. Africa restitit:

est non voluntatis

cum suis maluisset?

distractus a fratribus?‖

6. qua fide defendam:

monumentisque decorandum!

occurrat reformidat.‖

III.

dicenti oboriatur:

Romanus exaudiat:

sumpta contra te.‖

7. igitur hoc dico?

alterum passus est;

tenendos putavi;

ornamentis dedisset.‖

8. audeam confiteri.

dicerem ignosceret:

fructum redundare. ||

9. fuisse in Africa?

congressus armatus.

gladius agebat?

ille mucro petebat? cf. p. 79.

manus ardor animi?

isdem in armis fui. ||

IV.

10. potest nos possemus?

acuet oratio?

agi maluisset.

aut ut tu vis parem. ||

11. similest quod dicam:

condemnetur sed ut necetur.

immanium barbarorum.

ne nobiscum vivat?

ne sit in patria?

omnibus quam caret?

prohibetur exulat.

qua caret sed vita vis. ||

12. egit isto modo.

esse vis vindicatast. ||

V.

domum nomenque vestrum;

nota mihi sunt omnia. ||

13. esse contenti.

alia praeter mortem?

amplius postulatis?

multoquest durius.

voce prohibebis. ||

14. clamare coepisses:

humanitatem exuisses?

misericordiae tollere! ||

15. Caesar quod sentio.

ista victoria.

victis reperiantur!

alios misericordem! ||

16. fortuna fuisset.

nolle misereri.

dicis cave ignoscas.

extorquebit tuam. ||

VI.

17. scelere dicere.

quidnam novi adferret.

adhuc causa caruit.

odium pertinaciam;

praeter te adhuc nemo.

esse superata. ||

18. multis aliis carere. cf. p. 80.

contumeliam propulsare?

dignitatem tuam?

civibus conveniret? || cf. p. 78

19. conservatum putarem.

esse voluisses?

utilitate aberrantibus.

qui sequebantur;

etiam di adiuverunt.

nemo nisi armatus? ||

VII.

20. veniamus ad nostram.

Africam non venire?

consulis nullo modo:

idem legaverat. cf. p. 70.
nemo qui noluit.
familiae disciplinae.
aliis reprehendatis. ‖ cf. p. 81.
21. statuerat excusare.
vita familiares;
semper usi sumus.
sustinere non posset. ‖
22. quorum erat una causa.
venit iam occupatam.
vel ira potius.
aliquem se maluisse.
Ligarius non fuit:
fasces certe habebat. ‖
23. querella vestra quid valet?
Caesarem retenturi? ‖

VIII.

potius audaciae.
consilium reprehendere; cf. p. 81.
etiam probata. ‖
24. fuisse videatur.
conventus firmi atque magni.
videam quid feceritis? cf. p. 81.
summa cum iniuria. ‖
25. Quo modo id tulistis?
ad quem detulistis?
belli veneratis.
venistis ad Pompeium.
Caesarem genere bellum?
Caesari tradituros.
occasione privaverit. ‖ cf. p. 70.

IX.

26. solere laudari.
tanta constantia?
possim dicere.
eos ipsos rediret?
possit depellere. ‖
27. provinciam suam venerat.
erat videretur:
reiectus iniuria. ‖
28. in causa fuistis;
in causa abhorrebant:
magis quam in reliquis?
studio tenebamur.
pacem cogitare.
illi victoriae. ‖

X.

29. sui paeniteret.
publicae persequamini.
respondebitis?
ignoverit suis. cf. p. 66.
Ligari esse occupatus?
facto dicere?
vel misericordiae. ‖
30. certe nunquam hoc modo:
putavit si unquam posthac.
testes fictum crimen.
etiam apud iudicem:
ipso non acerbus:
ac studio tuus.
apud parentem loquor:
ignoscatur oro.
opem qui spem dedisti. ‖

31. altero deprecandi?
tui necessarii. ||

XI.

multi laborarent:
pro quo laboraret.
dolorem in petendo. ||

32. considera quod soles.
publicae proponere:
maestitiam et dolorem:
et fili vides. || cf. p. 80.

33. de fratribus dicam? cf. p. 78.
civitate exterminandi;
uno illo exulante.
vox illa, quae vicit.
te non essent, tuos.
qui tecum fuerunt?
etiam minabantur.
verissimum reperiatur. ||

XII.

34. iudicares fuisse.
qua fratres fuerunt?
fortunasque sequerentur?
esse voluisti. ||

35. hi te orant tui.
dignitatem tuam.
reminiscentem recordari. |

36. fratris salutem petit:
publicae condonaveris. ||
cf. p. 71.

37. probatissimus fratribus.
cf. p. 78.
saepissime quaerere.
hominibus dando.
servare quam plurimos.
natura breviorem.
omnibus te daturum. [1]) ||

Antequam duce tabula **A** (cf. p. 43), in qua accuratius per ficienda adiutus sum simili tabula, quam Guilelmus Studemund praeceptor meus in usum scholarum confecerat (pauci errores, qui in numeris a me supra pp. 11. 12. 24. 25 prolatis insunt, a benignis lectoribus ex tabula **A** ipsa facile corrigentur), singula persequar clausularum genera, pauca monenda sunt de monosyllabis sententias finientibus, quibus ob exiguum numerum locum in tabula concedendum non putavi. Ut enim monosyllabae in fine versuum minus probantur poetis Romanorum antiquioribus, religiosissime autem a limatissimis illis poetis Vergilio Ovidio praecedente primo Catullo ita evitantur, ut versus ab hac norma non sine consilio poetae recedentes tamquam

---

1) Sic scribo cum cod. E et edit. Orell. a. 1826 contra reliquos codd. »te« omittentes, cum hoc pronomen nec superfluum esse videatur et ut infra apparebit meliori clausulae inserviat in extrema orationis periodo minime neglegendae.

artificia circumferantur, ita ne apud Ciceronem quidem praeter pauca exempla occurrunt voces monosyllabae in extremis clausulis nisi formae monosyllabae verbi »esse«, quae sicubi per aphaeresin cum praecedente participio (adiectivove) iugari nequeunt, certe tam arte cum eo cohaerent, ut enclisis sibi vindicent excusatam licentiam [1]. Ubicunque alia monosyllaba clausulas finiunt, ita res comparata videtur esse, ut consilio quaesita quam neglegentia admissa esse malis statuere, ubi omnia duodeviginti orationum exempla perlustraris:

Quinct. 23, 74	tempore ubi sunt?
Rosc. Am. 28, 77	ei servi ubi sunt?
,, ,, 42, 122	haberi non vult?
,, ,, 48, 141	statim potens esse vult?
Caecil. 11, 70	quid sibi iste vult?
Verr. IV 4, 7	fidem quid hoc est?
,, 9, 19	impetraturum te?
,, 16, 36	futurum igitur est?
,, 20, 45	potius habere quam te?
,, V 6, 14	cruciatus et crux.
Catil. I § 17	flagitium sine te;
Sull. 18, 51	dixi vidisse nos?
Sest. § 72	moderatio de me:
Milon. 4, 10	inferri iniusta nex?
,, 14, 36	non arma non vim?
,, 14, 38	lata lex de me?
,, 16, 43	impunitatis spem?
Ligar. 3, 6	sumpta contra te.
,, 4, 11	qua caret sed vita vis.

[1]) Fortasse etiam verba qualia sunt »praeditus est« »auditus est« alia ita pronuntianda sunt, ut coalescant in »praeditust« »auditust«; sed cum huius rei omnibus exemplis examinatis et inter se comparatis utra scriptura meliorem clausulam efficiat, mihi non liqueat, a sollemni scribendi et metiendi usu recedere non ausim. Obstat etiam »timore repressust« Verr. IV 19, 41.

Deiot. 13, 35 id autem quid est?
Anton. I 7, 18 versatus sit quam lex?
Anton. II 1, 2 contempturumne me?
,, 16, 40 feliciorem esse te?
,, 30, 75 tu vero quid es?

Ergo quo fortius efferret orator et urgeret voces illas monosyllabas praesertim in sententiis interrogativis, evidentissimum iis adsignavit locum, unde si mutata collocatione verborum depellere coneris, totum iam nihil sit.

§ 3.

Singula clausularum genera duce tabula A perlustrantur.

Ex disyllabis igitur, si medium numerum spectas, fere terna in centenis occurrunt in clausula trochaica, qui tamen numerus frequentia ceterarum huius clausulae formarum plane fere obscuratur. Praeterea notandum est primum, quod illa vox disyllaba non raro est *posset*[(i)] vel *posse* praecedente verbo ab eo dependente (quater in Catil. IV, pro Archia semel, bis pro Milone), deinde quod fere decem ex 35 quae supersunt interpunctione minori (? ; :) aliquo modo excusantur. Videtur igitur Cicero dilacerationem rhythmi trochaici aliquo studio evitasse, quae tamen dilaceratio minus sentitur, si vox antecedens est trisyllaba formae antibacchii (– – ⏑) vel polysyllaba in antibacchium cadens, id quod bis occurrit in Catil. IV, semel in or. pro Archia, bis pro Ligario, septies pro Milone. Unum monendum est, quod, si vox paenultima duas continet syllabas, antecedit plerumque vox aut spondei (vel molossi) aut cretici (vel anapaesti) forma insignis; raro admittitur in hac de qua agimus sede vox breviter finiens, scilicet ne dilaceratio rhythmi nimis augeatur.

Non secus atque in trochaica disyllabarum usus exeuntium observatus est in antispastica clausula; quamquam enim hanc quoque esse unam ex sollemnioribus clausulis docent

Tabula A

<table>
<tr><th>Orationes habitae</th><th>in Catil. IV a. 63 clausulae §§ et capp.</th><th>pro Archia a. 62 clausulae §§ et capp.</th><th>pro Milone a. 52 clausulae §§ et capp.</th><th>pro Ligario a. 46 clausulae §§ et capp.</th></tr>
<tr><td>– ⏑ | – ⏑</td><td>7 ⟨1⟩</td><td>6</td><td>18 ⟨5⟩</td><td>4</td></tr>
<tr><td>(⏖) ⋮ ⏑ ⋮ – | – ⏑</td><td>5</td><td>0</td><td>7</td><td>6 ⟨1⟩</td></tr>
<tr><td>⏑ ⏑ ⏑ | – ⏑</td><td>1 ?</td><td>0</td><td>0</td><td>1 ?</td></tr>
<tr><td>– – | – –</td><td>0</td><td>1</td><td>6 ⟨1⟩</td><td>6</td></tr>
<tr><td>– ⏑ ⏑ | – ⏑</td><td>0</td><td>0</td><td>0</td><td>0</td></tr>
<tr><td>⏑ – – | ⏑ –</td><td>6 ⟨1⟩</td><td>1 ⟨1⟩</td><td>25 ⟨2⟩</td><td>11 ⟨2⟩</td></tr>
<tr><td>– ⋮ – ⋮ – | ⏑ –</td><td>4</td><td>4 ⟨1⟩</td><td>17 ⟨3⟩</td><td>7 ⟨3⟩</td></tr>
<tr><td>⟨– ⋮ – – | ⟩ ⏑ – | ⏑ –</td><td>1</td><td>0</td><td>0</td><td>1</td></tr>
<tr><td>⟨– ⋮ ⏓⟩ – ⏑ – | ⏑ –</td><td>2 [–⏑⏑ – | ⏑ – 1</td><td>1 ⟨1⟩</td><td>3 [⏑⏑ – | ⏑ – ?</td><td>1 [⏑ – ⏑ | – ⏑ | – | ⏑ – 1
⏑⏑ – – | ⏑ – 1</td></tr>
<tr><td>⟨⏑ – | – | ⟩ – ⏑ | ⏑ –</td><td>1</td><td>0</td><td>0</td><td>0</td></tr>
<tr><td>summa:</td><td>28</td><td>13</td><td>83</td><td>39</td></tr>
<tr><td>⟨– ⏒ (⏑)⏖ ⋮ ⟩ – | ⏑ – ⏑</td><td>7 ⟨1⟩</td><td>11 ⟨2⟩</td><td>64 ⟨13⟩</td><td>22 ⟨6⟩</td></tr>
<tr><td>… ⏑ ⏑ | ⏑ – ⏑</td><td>0</td><td>0</td><td>2 ⟨1⟩</td><td>2 ?;</td></tr>
<tr><td>– ⏑ | ⏑ – ⏑</td><td>0</td><td>0</td><td>1 :</td><td>0</td></tr>
<tr><td>– ⏑ | – – ⏑</td><td>16 ⟨3⟩</td><td>14 ⟨3⟩</td><td>38 ⟨7⟩</td><td>7 ⟨1⟩</td></tr>
<tr><td>⟨– ⋮⟩ ⏖́ ⏑ | – – ⏑</td><td>0</td><td>2</td><td>4 ⟨2⟩</td><td>1</td></tr>
<tr><td>⟨– (⏑⏑)/⏑⟩ – | – – –</td><td>2 ⟨1⟩</td><td>1</td><td>11 ⟨3⟩</td><td>4</td></tr>
<tr><td>(⏖) ⏑ – | – ⏑ –</td><td>3</td><td>7 ⟨1⟩</td><td>28 ⟨5⟩</td><td>8 ⟨2⟩</td></tr>
<tr><td>⏖ – | – ⏑ –</td><td>3</td><td>4</td><td>28 ⟨7⟩</td><td>7 ⟨1⟩</td></tr>
<tr><td>(⏓) ⏑ | – ⏑ –</td><td>2 [–́⏑ ⏑ | – ⏑ – 1
⏖́ ⏑ | – ⏑ – 1]</td><td>4</td><td>11 [– ⏑⏑ | – ⏑ – 1
⏖́ ⏑ | – ⏑ – 1] ⟨1⟩</td><td>2 [⏖́ ⏑ | – ⏑ – 2] ⟨1⟩</td></tr>
<tr><td>– | ⏑ ⏑ ⏑</td><td>0</td><td>4 ⟨1⟩</td><td>7 ⟨2⟩</td><td>2</td></tr>
<tr><td>⟨⏓ ⋮ –⟩ ⏑ | ⏑ ⏑ –</td><td>2</td><td>1 ;</td><td>2 (1 ?)</td><td>3</td></tr>
<tr><td>summa:</td><td>37</td><td>48</td><td>198</td><td>60</td></tr>
<tr><td>| – ⏑ – ⏑</td><td>25 ⟨5⟩</td><td>23 ⟨6⟩</td><td>65 ⟨14⟩</td><td>23 ⟨3⟩</td></tr>
<tr><td>| – – – –</td><td>2 ⟨1⟩</td><td>3 ⟨1⟩</td><td>15 ⟨2⟩</td><td>4</td></tr>
<tr><td>(⏑)⏖ | ⏑ – – ⏑</td><td>11 ⟨4⟩</td><td>11 ⟨5⟩</td><td>16 ⟨3⟩</td><td>14 ⟨5⟩</td></tr>
<tr><td>⏓ – | ⏑ ⏑ – ⏑</td><td>0</td><td>0</td><td>4 (3 ?)</td><td>0</td></tr>
<tr><td>⏖́ ⏑ | ⏑ ⏑ – ⏑</td><td>9 ⟨5⟩</td><td>11 ⟨8⟩</td><td>24 ⟨11⟩</td><td>9 ⟨3⟩</td></tr>
<tr><td>⟨⏒ ⋮ ⏖⟩ ⏑ | – – ⏑ –</td><td>6</td><td>3</td><td>17 ⟨5⟩</td><td>9 ⟨2⟩</td></tr>
<tr><td>⏖ | – – ⏑ –</td><td>3</td><td>2 ⟨1⟩</td><td>17 ⟨6⟩</td><td>5 ⟨3⟩</td></tr>
<tr><td>⟨⏖⟩ (⏓) | ⏑ – ⏑ –</td><td>1</td><td>0</td><td>8 ⟨2⟩</td><td>3</td></tr>
<tr><td>| – ⏑ ⏑ –</td><td>5</td><td>0</td><td>6 ⟨2⟩</td><td>0</td></tr>
<tr><td>| ⏑ ⏑ ⏑ –</td><td>0</td><td>0</td><td>0</td><td>0</td></tr>
<tr><td>summa:</td><td>62</td><td>53</td><td>172</td><td>67</td></tr>
<tr><td>– – ⏑ – ⏑</td><td>0</td><td>4 ⟨3⟩</td><td>1</td><td>1</td></tr>
<tr><td>– – – – ⏑</td><td>0</td><td>0</td><td>1</td><td>0</td></tr>
<tr><td>– ⏑ – – ⏑</td><td>4 ⟨1⟩</td><td>7 ⟨1⟩</td><td>15 ⟨4⟩</td><td>2 ⟨1⟩</td></tr>
<tr><td>⏑ ⏑ ⏑ – ⏑</td><td>1</td><td>2 ⟨1⟩</td><td>9 ⟨2⟩</td><td>5 ⟨2⟩</td></tr>
<tr><td>⏑ ⏑ – ⏑ –</td><td>2 ⟨1⟩</td><td>0</td><td>3</td><td>0</td></tr>
<tr><td>– ⏑ ⏑ – ⏑</td><td>0</td><td>0</td><td>1 ?</td><td>0</td></tr>
<tr><td>⏑ – – ⏑ –</td><td>0</td><td>0</td><td>1</td><td>2 ⟨1⟩</td></tr>
<tr><td>– – – ⏑ –</td><td>0</td><td>0</td><td>1 ⟨1⟩</td><td>2 ⟨1⟩</td></tr>
<tr><td>– ⏑ – ⏑ –</td><td>0 [⏖́ ⏑ – ⏑ – 1
– ⏑ ⏑⏑ – ⏑ 1
⏑⏑ – ⏑ – ⏑ 1</td><td>0 [⏖́ ⏑ – ⏑ – 1</td><td>1 [⏑ – ⏑ – – ⏑ 1
– ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ 1
– ⏑ – – ⏑ – 2</td><td>2 [⏖́ ⏑ – ⏑ – 1</td></tr>
<tr><td>summa:</td><td>10</td><td>14</td><td>37</td><td>15</td></tr>
<tr><td>Summa summarum:</td><td>**137**</td><td>**128**</td><td>**490**</td><td>**181**</td></tr>
</table>

formae in plus quam disyllabas voces cadentes, tamen disyllabis se concludi aegre patitur. Nam in Catilinaria quinque huius rei exempla exstant, in oratione pro Archia nullum, in Miloniana septem, in or. pro Lig. sex. Sed ne quae exstant quidem exemplorum pars excusatione caret nata Milonianae quidem exemplorum duobus e verbo de quo supra diximus *posse*, tribus ex interrogationis signo: ex Catilinariae exemplis orta uni ex interpunctione (:), duobus ex ea re quod alteri disyllabo praecedit *non* alteri *ac*, quae particulae artissime cum sequenti voce in pronuntiando conectuntur; item in or. pro Lig. unum exemplum levi interpunctione excusatur, unum negatione *non*. Mitigatur autem his quas protuli excusationibus ex parte »forte« illud — equidem dixerim »durum« — quod Quintilianus (inst. or. IX c. 4 § 100) huic clausulae formae veluti *criminis causa* inesse contendit. Leviores autem et molliores videntur esse clausulae forma –⏑ | ––⏑ vel forma – | ⏑––⏑ insignes.

Prorsus abhorrere videtur ab apta clausularum structura vox trochaica praecedente tribracho (⏑⏑⏑ | –⏑), cuius formae singula tantum vides exstare exempla in orationibus in Catilinam IV et pro Ligario habitis, utrumque adeo in minori sententia interrogativa obvium. Ex huius igitur clausulae exemplo vel maxime discimus, quantum momenti praeter seriem syllabarum in clausulis rhythmice struendis positum sit in specie extremae vocis. Nam, ut iam hoc loco totam rem comprehendam, ne trisyllabae quidem voces forma amphibrachi insignes praecedentibus duabus brevibus (⏑⏑|⏑–⏑) plus quattuor conformant clausulas, e quibus duae praeterea minoribus excusantur interpunctionibus; immo vero harum utriusque clausulae numerus numero eius plane obscuratur, quam peculiarem expressit Tullius –⏑ | ⏑⏑–⏑, qua eae de quibus agimus orationes ita ornatae sunt, ut fere septies vel quinquies redeat in centenis. Quamquam his adnumeravi eas quoque clausulas, in quibus paeanem tertium antecedit vox tribrachi forma insignis (⏑́⏑⏑|⏑⏑–⏑). Aurium autem iudicium consulentibus tales tribrachi facili negotio vices agere

trochaeorum nobis videbuntur; nam cum neque ultimam nec paenultimam harum vocum syllabam ictu grammatico ornari accentuum in lingua latina leges patiantur, ex Plautina Musa notissima est nobis illa ratio, secundum quam binae breves vi metrici accentus coniunctae loco funguntur theseos ut puta *temere*, *facere*, *habeat*, *dederit*, alia multa. Quin etiam pro meris tales voces vendere liceat trochaeis, si quidem presseris locum quendam in libri de orat. III c. 47 § 183 obvium, ubi Cicero paeanem quartum veluti *domuerant*, *sonipedes* alia *aurium mensura, quod sit acrius iudicium et certius*, parem fere cretico esse contendit: nam aeque facili modo *dederit* et similia pro trochaeis atque *domuerant* pro cretico accipi posse caeci vident.

Sed ut redeam ad disyllaba, trochaica voce vel spondiaca Tullius ita usus est, ut cum praecedentibus binis vel pluribus longis clausulam conformet spondiacam, cuius exempla in Catilinaria nullum, in Miloniana et Ligariana sena, in oratione pro Archia unum exstant. Sed cum in orationibus pro Ligario et pro Milone habitis tria ex illis exemplis legantur in sententiis interrogativis, tria in minoribus membris ope signorum quae sunt ; et : ab Halmio interpunctis, ab hac clausula in universum abhorruisse apparet Tullium. Ceterum extremum disyllabum antecedunt modo duae modo tres syllabae longae.

Sequuntur voces pyrrhichii vel iambi forma insignes, quas excepta oratione pro Archia habita quater fere quinquiesve sexiesve in centenis inservire clausulae dochmiacae (⏑ – – | ⏑ –) conficiendae tabula docet. Quae quidem dochmii species optime congruit cum exemplo a Cicerone ipso proposito *amicos tenes*; attamen quominus Ciceronem dochmium non accepisse nisi ut compositum ex bacchio cum iambo sumas, impedit numerus maior dochmiorum ex voce cretica praecedente iambo constantium. Ergo etiam ex iambo cum cretico Cicero dochmium voluit constare. Attamen praepropere fortasse hoc statui. Nam quod Quintilianus (instit. or. IX c. 4 § 97) dochmium fieri contendit ex bacchio et iambo *vel ex iambo*

et cretico, vereor ne verborum fines incisionesque neglegendo in hunc errorem inductus sit, minorem sane illo, per quem, ut unum multorum instar afferam exemplum, ib. § 101 *Brute dubitavi* dactylum et bacchium esse vult. Cum enim schedas meas perlustro, vix octo video in orationibus nostris exstare exempla, in quibus verbum mere iambicum antecedat creticum (⏑– | – ⁝ ⏑–), in ceteris autem antecedere plerumque verbum aut creticum (–́⏑–̀ | –́⏑–̀) aut diiambicum (⏑–́⏑–̀ | –́⏑–̀). Quid ergo? cum in his exemplis optime congruat metricus qui dicitur accentus cum grammatico, contra in rarissimis illis superioribus (⏑́– | –́⏑–) aeternae accentus latini leges (de quibus accuratiora alio loco proferam) laedantur, nonne absurdum est lacerato verbo illo cretico vel diiambico veluti *omnibus dediti*, *relegeram saepius* de dochmio cogitare quam de cretico malle duplicato? Adde quod ipse Fabius ib. § 104 creticum *bene ante se habere creticum* dicit, falso sane eidem sedi tribuens ipsum iambum, sicuti tota eius de clausulis disputatio inde a lib. IX c. 4 § 96 usque ad § 111 absurdis foedata est opinionibus inde maxime (ut supra indicavi) natis, quod neglectis plane verborum incisionibus solas syllabas numeravit. Neque illud te velim esse nescium, ipsa paucissima illa exempla, in quibus creticum antecedit vox iambica, ita esse comparata, ut iambus ille excipiat syllabam longam. Illud igitur pro certo mihi videor probasse, Tullium eum maxime nuncupasse dochmium, qui compositus esset ex bacchio cum iambo, cum verbis creticis libenter praemiserit ipsa cretica.

Aliquanto rariores sunt numero quadrisyllabae voces ea serie syllabarum insignes, quam vulgo vocamus epitritum tertium, quae antecedente trochaeo, id quod fere semper fit, vel antibacchio vel amphibracho conformant creticum iteratum (⏓)–́⏑|–̀–́⏑– veluti *illata defenditur*, *urbe versamini*, *arma commiserat*.

Minus dochmio Ciceroni videtur probata fuisse clausula quae fit ex iambo praecedente molosso (––– | ⏑́–). Quae

cum, si medium sumas numerum, fere ter tantum occurrat in centenis, dochmius autem fere quinquies — quamquam ea est linguae latinae indoles, ut multo plures longas quam breves contineat syllabas[1]) — inde licet cognoscas studium evitandi clausulam nimis tarde ad finem venientem. Quae tamen tarditas aliquatenus mitigari videtur ratione in maiore exemplorum parte observata, qua loco paenultimo vocabulum aut monosyllabum aut disyllabum usurpatur, ut hae sint clausulae species: – – | – ‖ ⏑ – et – | – – ‖ ⏑ – .

Sequitur iam ex disyllabis vox iambica praecedente voce aut iambica aut cretica (vel diiambica). Propterea autem ita distinguendum putavi, quia animo meo obversabatur lex illa ab Augusto Luchsio[2]) nuper enucleata, secundum quam poetae latini prisci in clausula senarii iambici et septenarii trochaici et octonarii iambici (nec secus in tetrametris iambicis ante dihaeresin post pedem quartum intercedentem) struenda religiose fugerunt iambum praecedente voce iambica vel cretica. Quamquam qui haec pertineant ad oratoris nostri usum fusius exponendi infra locus erit, ubi instructi omnium exemplorum copia qua ratione Tullius in praeferendis aut evitandis clausulis ductus esse videatur conabimur explicare. Vides autem diiambi quidem exempla singula tantum exstare in Catil. IV et pro Lig., alterius contra formae esse duo exempla in Catil. IV, tria in Miloniana, singula in orationibus pro Archia et pro Ligario habitis. Sed hoc loco hactenus de clausula iambica, cuius exempla enumerata et pertractata infra invenies p. 63 sqq.

Postremo loco commemoro clausulam plane soloecam ⏑ – | – | – ⏑ | ⏑ – Catil. IV 8, 17 *suae salvum esse velint*, qua quid faciam nescio (conf. quae supra pag. 30 in adnotatione monui). An cum Ernestio *vellent* scribendum est?

---

[1]) cf. Foerstemann, »Numerische Lautverhältnisse im Griech. Lat. & Deutschen« in Diario Kuhniano I p. 163.

[2]) cf. Aug. Luchs, »quaestiones metricae« in »Studiorum Studemundi« vol. I p. 8 sqq.

Quo diutius in clausulis disyllabas extremo loco voces exhibentibus moratus sum, eo brevius spero mihi continget ut trisyllabas absolvam.

Atque primo quidem tabulae aspectu docemur, vocabulorum quae insignia sunt formis amphibrachi et molossi utrumque unicam prae ceteris syllabam adamare praecedentem, amphibrachum scilicet longam (– | ⏑–⏑), correptam molossum (–⏑ | ––⏓), creticis autem vocibus, quamquam hae quoque longam quam brevem praefigi malunt, variam posse apte praecedere syllabarum seriem. Quod ad clausulae trochaicae, quae undecies fere obviam est in centenis, longiorem quasi ad finem decursum attinet, minime caret oblectatione animadvertisse. illum non raro ita institui, ut vox ultima excipiat monosyllabum, particulam plerumque, ut puta »non« »et« »ac« »quam« »si« »in« »ad« rell. Minus expressa est natura et indoles rhythmi trochaici, si syllaba illa quartum a fine locum obtinens pars est verbi plus quam monosyllabi ob eamque causam destituta fere accentu grammatico. Longe autem evitantur creticae voces, ne haec confletur clausula vitiosa: –⏑– | ⏑–⏑. Nescio igitur an Milon. 38, 103 pro *spēctācŭlūm vĭdērĕm* scribendum sit *spēctāclūm vĭdērēm*.

Eandem vocem cum antecedit pyrrhichius vel trochaeus, conformantur clausulae (altera altera rarior) ⏑⏑ | ⏑–⏑ et –⏑ | ⏑–⏑, quarum ut prior supra absoluta est, ita posterior loco inferiori aptius reservatur.

Sequuntur voces molossi vel antibacchii forma praeditae, quarum in clausulis struendis usus finibus admodum certis circumscriptus est. Occurrit enim huius clausulae forma –⏑ | ––⏑, quae est una ex sollemnioribus, in sola oratione pro Ligario quater tantum, in ceteris duodecies vel undecies vel octies fere in centenis.

Eiusdem clausulae praecedente tribracho exempla ne singula quidem in centenis exstant, ad unum omnia ita comparata, ut cum voces nonnisi aut tribrachi aut paeanis primi forma indutae molossum illum antecedant, ratione supra descripta ubique sic sit pronuntiandum: ⏑́⏑⏑ | ––⏑.

Paulo saepius molossum antecedit syllaba longa, unde fit clausula spondiaca. Quamquam autem longae praecedentis plerumque — raro spondeus molossum antecedit — ea est condicio, ut creticam vocem (raro choriambicam) compleat, qua ratione tarditas illa clausulae non potest non mitigari, tamen exiguus huius clausulae numerus, cuius non parva insuper pars deprehenditur in minoribus membris, a Ciceronis usu eam docet esse fere alienam.

Sequuntur deinceps voces creticae, quae eas partes in clausulis condendis agunt, ut libentissime excipiant praecedentem creticum iambumve, paululo minus libenter spondeum (anapaestumve), rarius trochaeum. Quarum clausularum de prima quoniam supra dictum est, restant duae posteriores: quarum prior numerum fere $4^1/_2$, altera fere $2^1/_2$ in centenis explet.

Restat iam vox tribrachi vel anapaesti forma insignis, cui si de praecedente verbo desumpta longa praefigitur paean qui dicitur primus (‥– | ⏑⏑⏑), sin brevis paean quartus (‥⏑ | ⏑⏑–) exsistit. Neutra tamen forma, quamquam prioris excepta oratione Catilinaria fere $1^1/_2$ occurrunt exempla in centenis, mihi quidem potest probari, cum propter ipsum neglectum verborum finem tum propter apertam accentus grammatici cum metrico dissensionem. Quare fortasse ne accipi quidem voluit Tullius talia pro paeanibus, quippe quorum priorem ab Aristotele summo magistro omnino ineuntibus tantum commendari sententiis, posteriorem, quamvis a philosopho illo ut aptum clausulis laudatum, sibi displicere Tullius ipse identidem profiteatur veluti cum Orat. cap. 63 § 214, postquam laudibus extulit clausulam ...*fili temeritas comprobavit*, verborum ordine ita mutato, ut in fine sit *fili temeritas*: *iam nihil est* ait *etsi temeritas ex tribus brevibus et longa est*, *quem Aristoteles ut optimum probat, a quo dissentio.* Atque cum ne tale quidem vocabulum, quale est *temeritas* admiserit Tullius — vide quadrisyllaba — num eundem longe difficiliori et artificiosiori modo hanc de qua agitur clausulam trisyllaba extrema voce ita conformare voluisse verisimile est,

ut unam de antecedenti verbo quasi abreptam syllabam praefigeret? Itaque quoniam de removendis his exemplis nullo modo cogitari potest, nihil relinquitur, nisi ut statuamus, vel parum rem attendenti vel »aurium mensurae« fortasse nimium tribuenti obrepsisse Ciceroni paucas quasdam clausulas in pronuntiando fere aequales clausulis quae sunt antispastica –⏑– | ⏑́⏑⏑ et trochaica –⏑ | ⏑́⏑⏑, quibus tamen quominus ipse eas inseram, me prohibet laesa illa lex, secundum quam extremus plurimorum versuum pes integram metri naturam et indolem referat necesse est. Ceterum animadvertendum est has clausulas magnam partem admissas esse in minoribus enuntiatorum membris et interrogationibus. — Quod ad choriambum, ut totum locum iam absolvam, quadrisyllaba voce formatum attinet, hic in Catilinaria quinquies legitur, in Miloniana sexies (in ceteris duabus ne semel quidem), antecedente plerumque trochaeo (semel voce tribrachica), rarius spondeo vel cretico; nunquam autem dactylus antecedit, quod cur vitatum videatur, apparebit infra pag. 90.

Sed absolutis iam trisyllabis vocibus de quadrisyllabis breviter dicturus primum moneo, quod sicut in trisyllabis trochaicae clausulae ceteras cuiuslibet generis numero superabant, ita in hac parte ditrochaei ita dominantur, ut in orationibus quae habitae sunt in Catil. IV et pro Archia 18%, in Miloniana 13%, in or. pro Ligario $12^1/_2$% efficiant. Hanc igitur clausulam Tullius in summis habuit deliciis, commotus et pellectus ut videtur cum aliis causis, quas tamen indagare inferiori loco reservatum est, tum suavi eius sententiam concludendi vi et indole, quae nimiae tarditatis aeque ac celeritatis offensione caret. Attamen in nimiae celeritatis vel adeo saltus vitium facile potuit abire, nimirum si ditrochaeo praemittebatur alter trochaeus; quare Ciceronem plerumque — nam quae obstant perpauca exempla in tanta mole evanescunt — eo artificio in hac clausula condenda usum esse cum oblectatione animadverti, ut cretici vel spondei vel etiam

molossi (rarius anapaesti vel choriambi, rarissime dactyli) paenultimo loco positi vi et pondere quasi sistat fortiter cursum verborum, ut ditrochaei opera leniter et volubiliter considat oratio.

Sequitur deinceps dispondeus, qui in sola Miloniana ter, in ceteris non multo plus quam bis in centenis versatur. Quem numerum, quamvis ipse parvus sit, tamen aliquanto vides superare summam clausularum spondiacarum disyllabam vel trisyllabam vocem in fine exhibentium. Antecedit autem dispondeum semper creticus, trochaei quaedam et spondei et anapaesti si exceperis triaque fere tribrachi exempla.

Clausulae antispasticae praecedente fere ubique longa non parvus est numerus ita tamen in his varians orationibus, ut in una oratione pro Milone ter, in ceteris tribus octies legatur in centenis. Longa autem illa praecedens non raro efficitur verbo monosyllabo, plerumque parte vocis spondiacae vel in spondeum exeuntis, rarius anapaesticae vel in anapaestum exeuntis, nonnunquam etiam iambicae vel creticae. Semel (pro Archia 3, 5 *familiarissima senectuti*) antispastum praecedit vocabulum in dactylum cadens, semel (pro Milone 23, 63 *portenta loquebantur:*) vocabulum antibacchiacum.

Supersunt iam ex quadrisyllabis descendentibus voces eam syllabarum seriem amplexae, quam nos paeanem tertium vocare solemus, quae quidem voces praecedente brevi peculiarem illam, de qua supra dictum est, Ciceroni clausulam (–◡ | ◡◡–◡), praecedente longa clausulam conformant heroicam pessimam illam laudabilique cura ab hoc oratore evitatam. Nam cum in reliquis orationibus ne unum quidem eiusmodi exemplum deprehendatur, in una oratione Miloniana singula quidem occurrunt involuta formis quae sunt –◡ | ◡–◡ et –◡◡–◡, quattuor forma – | ◡◡–◡. Sed hoc ipsum, quod in sola forma extrema paulo plures occurrunt clausulae heroicae, nescio an viam nobis monstret ad excusandam clausulam vitiosam. Videtur enim mihi profecta esse ex nimio amore et studio clausulae illius –◡ | ◡◡–◡, coniunctis cum neglegentia quadam eam vim exercente, ut syllabae paeanem

antecedentis mensura parum attenderetur. Conferas tamen quae infra pag. 90 exponentur. Eo facilius autem heroica clausula naturam illius de qua modo monuimus induere poterat, quia excepto uno exemplo cap. 37 § 102 *non potuisse?* obvio in ceteris quae leguntur c. 18 § 47 *reliquerat morientem?* c. 19 § 49 *Romam properaret?* c. 33 § 91 *foro volitarunt* (.) longa illa quinto a fine loco posita partem efficit verbi plus quam monosyllabi ideoque accentu grammatico fere destitutam. Illud certe nobis est tenendum, huius de qua modo diximus formae exempla nihil fere commune habere cum offensione illa ex natura heroicae clausulae quasi volubili nata, quae quidem offensio maxime inest in vocibus quinquesyllabis, quale est unum illud *extimuistis?* cap. 29 § 79. Talis offensio ne in illo quidem quod restat exemplo inest c. 14 § 37 (*cum mihi adesset* :); nam pausae illius parvulae, quae efficitur verborum incisionibus, ope fieri non potest, quin volubile illud si non tollatur at mitigetur et sistatur aliquatenus, quod tamen de tali in-
– ◡ ◡ | – ◡
cisione, quam habes ut exemplum fingam in *dicere posset*, ita non valet, ut in hac ipsa forma maiorem etiam inesse offensionem statuam quam in quinquesyllabo illo. Nam fortiori illa vi, qua vox humana longam supremi verbi syllabam accentu grammatico et metrico pariter ornatam quasi arripit in pronuntiando, natura illa heroicae clausulae vel maxime exprimatur necesse est. Multo minorem offensionem inesse in forma – ◡ | ◡ – ◡, minimam in ea, cuius quattuor oratio nostra exhibet exempla, forma scil. ⏓ – | ◡ ◡ – ◡, statuo. Accedit autem id quod casui velle tribuere insanum est, excepto uno illo exemplo *foro volitarunt*, ubi fortasse *foro volita(ve)runt* scribendum est (cf. pag. 72 sq.), reliqua huius formae tria legi in sententiis interrogativis minoribus, illud autem *cum mihi adesset* propter pronomen relativum statim subsequens ita non maiorem vocis pausam post se ferre, ut Halmius eodem iure, quo signum : posuit, virgulam potuerit ponere. Quin etiam erunt, opinor, qui *cum mi adesset* tamquam ditrochaeum a Tullio pronuntiatum esse opinentur. Restat igitur unum illud exemplum quinquesyllaba voce formatum, quod tamen excusationem illam ex interrogationis

signo oriundam vel maximo sibi vindicat iure, quia hanc brevem interrogationem, quae cursum enuntiati institutum interrumpit, sequitur extemplo alia. Quare ne opus quidem est cogitare de mutanda scriptura invitis codicibus in *extimescitis*, quamquam hoc et sensui convenit neque a forma lectionis traditae nimium recedit.

Sequuntur voces epitriti quem dicimus tertii formam reddentes, quae excipiunt aut syllabam brevem (antecedente plerumque longa, ut creticus fiat duplicatus –́ ⏑ | –̀ –́ ⏑ –, de quo supra dictum est) aut etiam longam vel pyrrhichium ⏖ | – – ⏑ –. Et haec quidem clausula posterior, si ab oratione Miloniana recesseris, priore aliquanto fere rarius adhibita est.

Supersunt, quoniam de paeanibus primo et quarto supra praestabat exponere, e quadrisyllabis voces diiambicae (⏑ – ⏑ –). Quae omnino raro ut vides admissae, exceptis sex exemplis, ita comparatae sunt, ut occurrant in enuntiatis aut interrogativis aut minoris interpunctionis signo (; vel :) ab Halmio editore notatis. Antecedit autem vocem diiambicam plerumque spondeus aut anapaestus, raro iambus. Semel (Milon. 19, 50 *citaretur Etruria.*) antecedit trochaeus, semel (Milon. 22, 59 *potest agi severius?*) diiambus.

Voces quinquesyllabae, eam quidem syllabarum seriem complexae, ut clausulas e genere ascendentium reddant, tam raro magis excidisse oratori quam ab eo admissae videntur, ut tempus terendi crimen haud facile evitarem, si de singulis verba facerem. E genere autem descendentium aliae, veluti quae clausulam heroicam vel spondiacam conficiunt, laudabili cura evitari, aliae contra non sine consilio Tulli sententiis inservire videntur concludendis. Non loquor quidem de vocibus ditrochaice exeuntibus, quippe quarum numerus et fluctuet in singulis orationibus et pro multitudine celebritateque ditrochaicae clausulae admodum exiguus sit; nec magis de clausula ⏑ ⏑ – ⏑ –, cuius exempla infra (pag. 60. 61) in tabula **B** aeque atque exempla clausulae – – – – ⏑ per

errorem omisi: dico clausulas quae sunt antispastica praecedente longa et paeanica praecedente brevi (– ⏑ – – ⏑ et ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑). Illa enim propter »mollem« naturam, quam prae se ferre videbatur Quintiliano vox *archipiratae* IX 4, 100, Tullio adeo sese videtur commendasse, ut ter fere legatur in centenis harum quattuor orationum clausulis. Altera clausula videtur debere originem amori et studio illius – ⏑ | ⏑ ⏑ – ⏑. Nam mea quidem sententia nimia illa celeritas ex continuatis in uno vocabulo ternis brevibus nata minus convenit severitati et gravitati, quae orationem considentem unice decent. Voces hexasyllabas, quarum usus rarissimus est, in tabula **A** addidi in fine, omisi plerasque in tabula **B**.

§ 4.

Diligentius paragraphorum et capitum observatas esse clausulas demonstratur.

Perlustratis singulis clausulis unum iam restat quod ad universam earum rationem recte aestimandam haud parvi momenti esse mihi videtur quodque paucis explicare eo minus supersedere possum, quia hac demum re perspecta, quo iure in iis quae praecedunt has illas clausulas excusari voluerim, recte diiudicare poteris. Saepenumero enim ubi deteriores quaedam et rariores occurrebant clausulae, monendum putavi quot legerentur in enuntiatis ab Halmio minoribus interpunctionis notis ornatis. Inde sequitur Tullium membrorum incisionumque clausulis laxiorem quandam tribuisse curam, qua re quid est magis consentaneum? Qui tandem orator satietatem et adeo taedium effugere potuisset, quae nascantur audientibus ex clausularum rhythmis necesse est, si semper iidem dominantur in maioribus atque minoribus orationis partibus? Immo quasi obscurandae et tegendae erant deteriores minorum incisionum clausulae, quippe in quibus percipiendis et contemplandis acquiescere audientes vix pateretur pausa quae fieret in loquendo satis parva, melioribus et quasi nobi-

lioribus periodorum paragraphorum capitum, quae clausulae, cum ampliorem sententiarum seriem concludant et pausam in dicendo efficiant, aurium iudicio per longius temporis spatium subiectae sunt. Quibus igitur rhythmis in fine paragraphorum et capitum maxime usus sit quo facilius et uno quasi conspectu eluceat, singulis classibus has clausulas uncinis ⟨ ⟩ inclusas adscripsi. Quae ipsae cum optimae Ciceroni non potuerint non videri, inde sequitur, ea genera quae nunquam aut perraro in paragraphorum et capitum exitu occurrant, ab hoc oratore ut deteriora in minoribus incisionibus tolerata esse.

Facili autem negotio rem ita habere vides, ut quattuor fere quinqueve clausularum genera maximum eundemque in omnibus orationibus aequabilem numerum in capitibus et paragraphis finiendis exhibeant: et haec quidem prima est classis; altera eas comprehendo, quae in duabus orationibus prioribus (Catil. IV et pro Arch.) aut nunquam aut perraro, in solis posterioribus relaxata ut videtur aliquatenus arte paulo saepius appareant: dico clausulas quae fiunt e voce cretica praecedente cretico et spondeo (‹⏖› ⏑ – | – ⏑ – et ⏖ – | – ⏑ –), item e quadrisyllabis voces epitriti tertii formam amplexas antecedente brevi (⏑ | – – ⏑ –) et longa (⏖ | – – ⏑ –), item e disyllabis voces iambicas antecedentibus tribus longis (– – – | ⏑ –), nec multo secus e quinquesyllabis voces has ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑; ad tertiam denique classem eas refero, quas in omnibus orationibus pari modo a paragraphorum et capitum exitu fere prohibitas esse tabula docet, dico omnes ceteras clausulas in disyllabas voces exeuntes exceptis maxime quibusdam exemplis ditrochaei (– ⏑ | – ⏑) et dochmii (⏑ – – | ⏑ –), ex ceteris clausulas heroicas, iambicas, paeanicas, si exceperis paeanem illum tertium praecedente trochaeo (⏖ ⏑ | ⏑ ⏑ – ⏑). Haec enim clausula omnium primae classis, de qua iam reliquum est ut dicam, longe plurimas pro universa summa exhibet in capp. et §§ finibus obvias. Huic proxima est clausula antispastica quadrisyllabo (vel adeo quinquesyllabo) vocabulo formata, nec multo rarius legitur clausula ditrochaica (uno scil. verbo formata [. . . ⁞ – ⁞ – ⏑ – ⏑])

et clausula ex molossica voce praecedente trochaeo composita (‘⏕’⏑ | – – ⏑). Inde sequitur antispasticae clausulae formam quae est – ⏑ | – – ⏑ minus probatam esse Tullio quam illam – | ⏑ – – ⏑. Eadem ratione docemur aliquanto pulchriorem visam esse formam ditrochaicam | – ⏑ – ⏑ illa – | ⏑ – ⏑. Restant dispondiacae clausulae una voce constantis exempla singula in orationibus in Catil. IV et pro Archia habitis, duo in Miloniana; item pauca exempla huius formae . . . – | – – –.

Unum denique monitum te velim, ex toto genere clausularum ascendentium pauciores reperiri in duabus illis orationibus in Catil. et pro Archia habitis, quae in paragraphorum et capitum exitu admissae sint, cuius rei cum duae reliquae orationes tempore aliquanto posteriores plura exhibeant exempla, nescio an inde documentum aliquod artis severae a Cicerone sene aliquatenus relaxatae repetendum sit. Sed haec hactenus.

Caput III.

Easdemne omnibus vitae temporibus eodemque studio amplexus sit Cicero clausulas necne fusius explicatur.

§ 1.

Praemittuntur quaedam de ratione quam in eligendis orationibus secutus sim.

Universas clausularum rationes metricas quoniam quam accuratissime fieri potuit examinavimus omissis eis tantum rebus, quae ne via et ratione careret disquisitio, inferioribus locis erant reservandae, illa omnia vix nos morabuntur in tractanda hac quam aggressuri sumus parte, cuius munus erit comparando inter se quam plurimas orationes easque variis Tulli vitae temporibus compositas investigare, num discrimen intercedat inter priores et medias et posteriores orationes idque quam late pateat. Intercedere autem re vera discrimen inter primas quidem et reliquas nemo consentaneum non putabit, nisi qui perfectissimum oratorem ex solo emergere subito posse opinetur, quemadmodum Minerva armis instructa ex capite exsiluerit Iovis omnipotentis; et interesse omnino inter priores et medias et postremas si spectas otium quo Tullio variis temporibus in orationibus conscribendis uti licebat maiori minorive, si consideras quantopere homines mutari soleant temporibus, praesertim quae summae spei et destitutionis acerbissimae aeque sint plena ac Ciceroniana, adeo per se necessarium videtur, ut, si clausularum rationes in omnibus eaedem prorsus essent orationibus, equidem Tullium de illis componendis omnino cogitasse negarem. Sane quidem ut minutioribus differentiis compensatis singulas quasdam clausularum usus periodos certioribus finibus circumscribere possimus, opus videtur esse, omnium quae supersunt Ciceronianarum orationum eruere clausulas, ut quid variis temporibus fluctuet, quid constans sit, plene cognoscatur. Sed hoc labore fungantur ii, quibus natura ferream quasi quandam constantiam indidit, benigna autem vitae fortuna

otii copiam suppeditavit maximam, cum equidem in ipsis orationum tertiae fere partis clausulis excutiendis et in tot classes discribendis verear ne nimium consumpserim temporis spatium. In eligendis autem his duodeviginti orationibus cum ducerer et temporum quibus scriptae sunt et traditionis textusque quem dicimus rationibus, fundamenti quidem loco posui collectionem illam orationum selectarum ab Halmio confectam nuperrimeque novis curis retractatam (edd. in aedibus Weidmanni inde ab anno 1877 usque ad 1880), initium tamen esse faciendum putavi a primis orationibus, quae in Halmiana collectione desiderantur, pro Quinctio (a. 81) et pro Roscio Amerino (a. 80) habitis. Apparatu critico usus sum eo, quo editio Orelliana a Baitero et Halmio continuata [1]) instructa est. Atque clausularum corpus cum typis totum describendum curare noluerim [2]), ne orationes singillatim persequendo magis onerarem quam ornarem hoc opusculum, statim sub unum conspectum subieci universas omnium quas elegi orationum clausulas ita quidem, ut quo facilius earum rationes perspici possint, quotiens in centenis singuli clausularum numeri legantur in tabula exscriberem [3]) et praeterea orationes quae habitae sunt in Verrem IV et V, in Catilinam I—IV, in Antonium I et II, ita comprehenderem, ut singularum sint instar. Nam cum Verrinarum, quod idem valet de Catilinariis et Philippicis, alteram alteri admodum similem esse mihi persuasissem, tabulam seiunctis illis orationibus magis extendere non ausus sum. His praemissis iam velim aliquamdiu oculos convertas ad tabulam **B** (pag. 60. 61), quam statim explicaturus sum.

---

[1]) voluminis II orationes continentis pars I Turici 1854, pars II Turici 1856.

[2]) Confiteor tamen multo minori otio me quattuordecim ex his orationibus clausulas tractasse quam quattuor illarum orationum, quas solas in tabula **A** respexi et ad quas tabulam a Guilelmo Studemund confectam inspicere potui; itaque verendum est, ne aliquot errores insint in tabula **B**.

[3]) excepta clausula heroica et e disyllabis iambica (◡ – | ◡ – et – ◡ – | ◡ –), quarum meros numeros ita exscripsi, ut ea exempla, quae ob certas quasdam causas suo loco proferendas numeranda non esse putarem, uncinis quadratis [ ] includerem.

§ 2.

Perlustrantur duce tabula B singula clausularum genera.

Dum singulas clausulas per totam orationum seriem persequor, admodum paucas esse video, quae ita quasi constent sibi, ut in omnibus orationibus aeque aut saepe aut raro appareant, pauciores etiam eas, quarum numeri a prima oratione usque ad extremam aequabiliter crescant; longe plurimarum autem clausularum numeros eam quasi viam percurrere animadverto, ut aut a minori initio profecti sensim corroborando in medio cursu ad summam auctoritatem perveniant neque tamen eam ad finem usque itineris integram servent, aut vice versa, quod etiam saepius licet videre, cursum elato animo susceptum tenere non possint, immo aut plane cursu desistant aut per humum repant, ita tamen ut fini appropinquantes maiores quasi denuo sumant spiritus. Huius quem extremo loco magis adumbravi quam descripsi clausularum cursus expressam tibi suppeditant imaginem summae clausularum in disyllabas voces exeuntium, quas in quattuor prioribus orationibus quinarum fere denarum, in quattuor quae sequuntur mediis octonarum tantum, in posterioribus quinque quaternarum rursus denarum conficere numeros vides. Inde facile apparet, id quod per se etiam consentaneum est et iis quae supra (p. 55) de evitatis in paragraphorum et capitum finibus clausulis disyllabis dixi perquam probatur, summam perfectionem cerni in mediis orationibus, quas quae antecedunt luctari videntur cum arte, quae sequuntur severae artis remissionem quandam indicant, ita ut de Cicerone senescente idem valeat quod ipse de Isocrate narrat in Orat. c. 52 § 176: *Quin etiam se ipse tantum quantum aetate procedebat (prope enim centum confecit annos) relaxarat a nimia necessitate numerorum.* Quaerentibus autem quibus finibus media illa simulque perfectissima periodus circumscribenda sit, ipsae illae clausularum in disyllabas voces exeuntium summae viam huius rei faciendae monstrant, quae via omnium

Tabula B

Clausulae orationum quae habitae sunt:	pro Quinctio a. 81	pro Roscio Amer. a. 80	in Caecil. a. 70	in Verrem acc. IV et V a. 70	pro imp. Cn. Pompei a. 66	in Catil. I–IV a. 63	pro Sulla a. 62	pro Archia a. 62	pro Sestio a. 56	pro Milone a. 52	pro Ligario a. 46	pro Deiotaro a. 45	in Antonium I et II a. 44
Summae clausularum:	523	727	275	886	303	621	419	128	620	486	181	219	940
– ⏑ | – ⏑	2%	2,6%	3%	3,5%	3%	3%	3,8%	4,7%	3,2%	3,7%	2,2%	3%	2%
(⏕) ⁝⏑⁝– | – ⏑	1,5	3,3	3,8	4	2,5	2,1	2,4	—	1	1,4	2,7	0,5	2
⟨(⏓) ⁝⟩ ⏑ ⏑ – | – ⏑	1	1,2	0,3	0,7	—	—	—	—	—	—	0,6	—	0,3
⏑ ⏑ ⏑ | – ⏑	2	1,6	1	1	0,9	0,3	—	—	0,3	—	0,6	—	0,4
– – | – –	2	3	0,7	0,7	—	—	—	0,8	0,5	1,2	3,3	—	0,5
summae:	8,5	11,7	8,8	9,9	6,4	5,4	6,2	5,5	5	6,3	9,4	3,5	5,2
⏑ – – | ⏑ –	1	1,5	2	1,5	1	2,1	1,5	0,8	2	5	6,1	9	4
– ⁝ – ⁝ – | ⏑ –	3	2,5	2	1,8	0,9	1,2	0,8	3	2,3	3,4	4	3,5	3
⟨– ⁝ – – |⟩ ⏑ – | ⏑ –	[III]	I	—	—	—	I	—	—	—	—	[I]	[I]	—
⟨– ⁝ ⏓⟩ – ⏑ – | ⏑ –	[III]	[III] I	[I]	[I]	[I]	[IV]	[II]	[I]	[I]	[I] II	[I]	[IV]	[IV] I
⟨– ⁝⟩ ⏑ ⏑ – | ⏑ –	1	0,4	0,8	—	—	0,2	—	—	0,6	1,4	0,6	0,5	0,8
summae:	6,4	5,3	5	4	2,3	3,9	2,9	4,6	5,2	10,4	11,9	13,1	8,2
Summae:	**14,9**	**17**	**13,8**	**13,9**	**8,7**	**9,3**	**9,1**	**10,1**	**10,2**	**16,7**	**21,3**	**16,6**	**13,4**
⟨– ⏑̄ ⏕ ⁝⟩ – | ⏑ – ⏑	7,8	8	9,5	7	7,2	6	7	8,6	10,5	13	12,2	6	5,1
… ⏑ ⏑ | ⏑ – ⏑	0,9	0,7	0,3	0,9	0,9	—	—	—	—	0,4	1,1	0,5	0,2
– ⏑ | ⏑ – ⏑	[II]	[IV]	I	—	[I]	[I]	—	—	—	[I]	—	—	[II]
– ⏑ | – – ⏑	5,6	4,5	9	10	16,1	13,8	13,9	11	7,5	7,7	4	10,2	10
⟨– ⁝⟩ ⏑͡⏑ ⏑ | – – ⏑	2,4	1,2	0,7	1,1	1	1	1	1,5	1,6	0,9	0,6	2	2
⟨– (⏓) – | – – –	6	3	2	3	1,3	1,6	1,2	0,8	2	2,3	2,2	3,3	2,5
summae:	23,1	17,8	21,9	22	26,7	22,7	23,1	21,9	21,6	24,5	20,1	22	20,1
(⏕) ⏑ – | – ⏑ –	6	7,3	5	6,7	4,5	5,7	4,5	5,5	4,8	5,7	4,4	7,5	8
⏕ – | – ⏑ –	5	6	4	4,9	3	4,9	5	3	3,4	5,7	4	3,6	3,1
(⏓) ⏑ | – ⏑ –	2,3	2	1,6	2,3	2,4	3	2,3	3	2	2,5	2,2	2,7	1,5
⟨– ⁝⟩ – ⏑ ⏑ | – ⏑ –	0,4	0,2	—	0,4	—	1	0,3	—	0,4	0,2	—	0,6	0,8
– | ⏑ ⏑ –	4	3	1	1,5	0,9	1	1	3	1,5	1,4	1,1	2	0,9
⟨⏓ ⁝ –⟩ ⏑ | ⏑ ⏑ –	1,7	2	0,3	0,4	—	0,5	0,3	0,8	0,5	0,4	1,7	0,5	0,6
summae:	19,4	20,5	11,9	16,2	10,8	16,1	13,4	15,3	12,6	15,9	13,4	16,9	14,9

	– ◡ – ◡	8	10	15	15	20	16,4	16,2	18,6	19,6	15,2	12,8	16,3	13,2
	– – – –	6	5	4,7	5	3	3	4	2,4	4,4	3	2,2	5	5,5
–	◡ – – ◡	3	3	7	6	8	6	7,5	7,8	6,5	3	8	4,2	5
⟨… ⏓⟩ ◡	◡ – – ◡	1	1,6	1	0,2	0,9	—	—	0,8	1,6	0,2	—	0,5	0,4
⏓ ◡	◡ ◡ – ◡	3	2,2	2,3	2,5	8	7	7	8,6	5,8	4,8	5	5,5	5,3
⏓ –	◡ ◡ – ◡	[IV] II	[V] III	—	[III]	[I]	—	—	—	[III]	[III] I	—	—	[II] II
	summae:	22	22,8	28	26,9	40,2	32,4	34,7	38,2	38,4	25	28	25,7	29,9
⟨⏓ ⋮ ⏓⏓⟩ ◡	– – ◡ –	4	4,4	6,5	4,7	2,3	4,4	4	2,4	4	3,4	5	8	6,7
⏓⏓	– – ◡ –	3,8	5	6,5	4,8	2	3	3,4	1,5	2,1	3,4	2,8	3,8	3,2
⟨⏓⏓⟩ ⁽⏓⁾	◡ – ◡ –	1,7	1,3	0,8	1,2	0,3	1,5	0,6	—	0,5	1,6	1,7	0,4	1,3
	– ◡ ◡ –	5	4	2	1,2	1,3	1,9	1,5	—	1,5	1,2	—	1,3	1,1
	◡ ◡ ◡ –	1	1,5	—	0,4	—	—	—	—	—	—	—	0,4	—
	summae:	15,5	16,2	15,8	12,3	5,9	10,8	9,5	3,9	8.1	9,6	9,5	13,9	12,3
	Summae:	**37,5**	**39**	**43,8**	**39,2**	**46,1**	**43,2**	**44,2**	**42,1**	**46,5**	**34,6**	**37,5**	**39,6**	**42,2**
	– – ◡ – ◡	2,1	2	2,3	2,2	2	1,2	2,5	3	2	0,2	0,6	0,7	1
	– ◡ – – ◡	1	1	3	3	5	3,8	4	5,5	4	3	1,1	2,7	2,2
	◡ ◡ ◡ – ◡	0,2	0,5	2	1,1	1,3	1,6	1,6	1,5	1,8	1,8	2,8	0,9	2,2
	◡ ◡ – – ◡	0,4	0,5	—	0,2	0,4	0,3	—	—	0,8	—	—	0,5	0,2
	– ◡ ◡ – ◡	[II] II	[III] I	[II]	[IV]	—	—	—	—	[II]	[I]	—	—	[I] II
	summae:	3,9	4,1	7,3	6,7	8,7	6,9	8,1	10	8,6	5,2	4,5	4,8	5,8
	◡ – – ◡ –	0,6	0,4	0,5	0,6	0,7	0,5	0,8	—	0,3	0,2	1,1	0,4	1
	– – – ◡ –	1	1	1	1,1	—	—	—	—	0,8	0,2	1,1	0,5	0,5
	⁽⏓⏓⁾ ◡ – ◡ –	1,5	1,5	1	1	—	0,8	1	0,8	0,8	0,2	1,7	—	1.2
	summae:	3,1	2,9	2,5	2,7	0.7	1.3	1,8	0,8	1.9	0,6	3.9	0,9	2.7
	Summae:	**7**	**7**	**9,8**	**9,4**	**9,4**	**8,2**	**9,9**	**10,8**	**10,5**	**5,8**	**8,4**	**5,7**	**8,5**
	Summae summarum:	**101,9**	**101,3**	**101,2**	**100,7**	**101,7**	**99,5**	**99,7**	**100,2**	**101,4**	**97,5**	**100,7**	**100,8**	**99,1**

fere ceterarum clausularum rationibus munitur et comprobatur: fines enim regendos esse existimo inter orationes quae habitae sunt in Verrem et de imp. Cn. Pompei ex altera parte, ex altera inter orationes pro Archia et pro Sestio habitas, quo facto tres orationum a nobis electarum instituuntur classes, quarum duae priores quaternas, quinque posterior amplectuntur orationes orationumve corpora.

Sed ut iam ad singula transeamus, ex clausulis in disyllabas voces cadentibus ditrochaica aequabiliter fere in tribus illis quas constituimus gradibus numerum ternarum complet. Exspectabas quidem sine dubio prioris periodi numerum maiorem fore quam mediae, sed mirari desines hanc numerorum condicionem, ubi tibi persuaseris, quantopere ditrochaei quadrisyllabis formati vocibus prioris periodi, inprimis orationum pro Quinctio et Roscio habitarum, superentur numero optimae periodi.

Paulo manifestiora in media et postrema periodo remissionis exhibet vestigia clausula antispastica et cui longa et cui brevis syllaba antecedit (–⏑– | –⏑ et ..⏑⏑– | –⏑). Illa enim cum in prima periodo ter quaterve occurrat, in media bis, in extrema ne bis quidem deprehenditur: nimis dura enim supra nobis esse videbatur. Altera vero, si exceperis perpauca exempla postremae periodi, in sola prima periodo et ita videtur apparere, ut saepius occurrat in duabus primis orationibus quam in reliquis.

Clausula paeanica (⏑⏑⏑ | –⏑) in oratione Quinctiana bis, in reliquis primae periodi fere semel admissa est, in optima autem et in postrema periodo perraro occurrit, unde eius evitandi studium eo magis elucet, quod eiusdem clausulae forma a Cicerone unice amata (–⏑ | ⏑⏑–⏑) in ipsa optima periodo summa floret auctoritate, multo rarius occurrit in prima. Nam ut hac data occasione universam huius clausulae rationem absolvam, in prima periodo bis terve, in optima adeo octies septiesve obviam est, in postrema rursus descendit aliquantum numerus ita tamen, ut propior sit optimae quam primae periodo. Ac ne illa quidem huius clausulae forma quae trisyllaba voce finitur (⏑⏑ | ⏑–⏑) in

optima parte idoneum locum habet[1]), qui ei in prima raro, rarius etiam in ultima conceditur.

Sequitur clausula spondiaca, quae sollemnem illum cursum ita conficit, ut postquam in Quinctiana bis, in sequenti ter, in reliquis primae periodi orationibus rarissime apparuit, plane evanescat, in ultima autem parte hic illic rursus emergens in oratione pro Ligario habita plus ter recurrat in centenis.

Heroicae clausulae bisyllaba voce finitae (– ⏑ ⏑ | – ⏑) exemplum exstat nullum.

Dochmius qui sequitur (⏑ – – | ⏑ –) in toto clausularum numero singularem quendam locum sibi vindicat: nam cum in duabus prioribus periodis fere aequabiliter ita appareat, ut unius numerum paulo fere egrediatur, inde ab oratione pro Sestio vel si mavis inde ab oratione pro Milone habita adeo corroboratur, ut numerum quinarum in orationibus quae sequuntur, in oratione pro rege Deiotaro adeo novem compleat.

Quae sequitur clausula – – – | ⏑ – sollemni more ita decurrit, ut in prima periodo a numero qui est 3 initio capto gradatim descendat, in optima periodo, si ab oratione pro Archia (3 %) recesseris, fere numero 1 se contineat, in extrema autem denuo crescens ter quaterve occurrat.

Eandem speciem prae se fert, ita tamen ut omnino multo rarius adhibeatur, clausula quae fit e voce iambica praecedente anapaesto vel choriambo (– ⁝ ⏑ ⏑ – | ⏑ –): nam in prima et ultima parte vix singularum numero se continet, in media tantum non nusquam apparet.

Restat clausula iambica, de qua accuratius paucis erit disputandum. Atque quoniam vocem extremam iambicam non solum rarissime excipere vides alteram vocem iambicam (⏑ – | ⏑ –), sed ne creticam quidem multo saepius, longum non erit omnia in unum locum cogere exempla, cum hac ratione facillime et adeo unice quid omnibus aut compluribus commune, quid peculiare sit singulis cognoscatur.

---

[1]) Sine dubio Cat. I 10, 26 pro *quemquam neque videbis* cum codicibus y z scribendum est . . *nec videbis*.

Prioris autem formae haec exstant exempla:

pro Quinctio 7, 29	solvi satis daret (.)
ib. 8, 30	ut satis daret (.)
ib. 20, 63	neuter satis daret (.)
pro Roscio Am. 19, 52	nullo modo potest (.)
in Catil. IV 2, 3	conspectu meo gener (.) [1]
pro Ligario 1, 2	dignum patrem tuum (.)
pro Deiotaro 8, 22	accusationis duplex fuit (:) [1]

Ex his septem exemplis extremum non plenam claudit periodum, tria autem Quinctianae exempla ne numerari quidem possunt, quia *satis daret* ad similitudinem verborum quae sunt *satisdatio*, *satisfacere* compositionis formam et naturam videtur induisse. (Nam de *s* littera obscuranda ut fiat *sati(s) daret* cogitari non posse pag. 78 sq. demonstrabitur). Confirmatur praeterea haec opinio exemplo quod legis Quinct. 13, 44 *quod peto satis det;* sane altera eiusmodi vox monosyllaba haud facile clausulam concludit, de qua re conferas p. 40—42. Relinquuntur igitur, si quidem exemplo *dignum patrem tuum* excusatio oritur ex pronomine (cf. infra), duo exempla, quae quamquam libri MSS lectionem non variant, tamen nescio an medela egeant. Certe pronomen *meo* in exemplo Catilinariae IV *stat in conspectu meo gener* non necessario positum est.

Alterius formae exempla exstant haec:

pro Quinctio 10, 35	maxime velim (:)
ib. 11, 37	intellegi potest (?)
ib. 18, 59	reconditā fuit (;)
pro Roscio Am. 8, 21	impetum facit (.)
ib. 16, 47	ineptias abis (?) inquies.
ib. 27, 74	plus triduo fuit (?)
ib. 37, 108	gratias agi (?)

[1]) Neglego enim exemplum quod legitur Cat. I 3, 6 *coniurationis [tuae] potest*, cum *tuae* in plerisque codicibus omissum ab ipso Halmio in ed. Orell. uncinis inclusum sit. Sane vitiosum est Ciceroni obtrudere istam clausulam, cum *tuae* superfluum sit. Item omitto Deiot. 9, 24 *animo quo modo [fuit];* nam *fuit* omissum in codd. CG et ab Halmio in ed. Orell., ab Eberhardo et Hirschfeldero itemque ab aliis editoribus ut superfluum deletum est.

in Caecil. 4, 11	legibus petunt (:)
in Verr. IV 1, 3	laudatoribus tuis (?)
de imp. Cn. Pomp. 15, 43	clarius fuit (?) cuius res gestae pares?
in Catil. I 4, 9	ubinam gentium sumus (?) in qua urbe vivimus?
ib. 9, 24	cum Manlio diem (?)
ib. IV 5, 10	sententiam ferat (;)[1]
ib. 7, 15	fortissimos viros (;)
pro Sulla 1, 2	offici mei (.)
ib. 2, 4	innocentiam vides (?)
pro Archia 4, 7	familiarissimum suum (.)
pro Sestio § 96	oratio mea (.)
pro Milone 13, 34	impendentium timor (.)
ib. 17, 45	necessitas fuit (.)
ib. 37, 102	alterum putant (?) quid tibi ....?
pro Ligario 10, 29	ignoverit suis (.)
pro Deiot. 2, 4	consideres gravest (;) (F exhibet iniquum est, futtilem ut videtur scripturam.)
ib. 13, 35	oratio mea (.)
ib. 13, 38	clementiae tuae (.)
ib. 15, 43	clementiae tuae (.)
in Anton. I 14, 33	a civibus tuis (.)
ib. II 10, 24	prudentiae tuae (.)
ib. 15, 38	oratio mea (.)
ib. 22, 55	exiti fuit (.)
ib. 43, 111	eloquentiam tuam (:)

Vides me secutum eam quam ab initio institui rationem eas quoque clausulas enotasse, quae cum minutiora membra concludant ideoque, id quod vel maxime valet de iis exemplis quae interrogationis signo notata sunt, minorem post se patiantur pausam in loquendo, facillime excusari vel ne numerari quidem possunt. Occurrunt autem eiusmodi exempla omnino septemdecim. Ex iis quae relinquuntur quindecim, adeo

[1] Errore typographi in pag. 26 punctum pro ; expressum est.

decem extremo loco exhibent pronomina possessiva, quae, excepto *ignoverit suis*, cum substantivis suis et a sensus et a pronuntiationis parte tam arte iugata sunt, ut unam quasi conforment notionem unumque vocabulum. Supersunt igitur ex toto illo numero haec fere exempla:

pro Roscio 8, 21	impetum facit.
pro Milone 13, 34	impendentium[1]) timor.
ib. 17, 45	necessitas fuit.
pro Ligario 10, 29	ignoverit suis.
in Anton. II 22, 55	exiti fuit.

Bis igitur claudit verbum *fuit*, unde facile opinio nascitur prisco (veluti Plautino) more illam formam ita esse metiendam ut sit *fŭit*. Itaque cum numerus vitiosorum exemplorum angustioribus usque finibus circumscribatur, tribus fortasse quae restant exemplis medela paranda est, quam quidem in promptu habeo illi *ignoverit suis*, cum scribo *ignorit suis* cf. pag. 69 sqq.[2]) Quamquam autem eos errare censeo, qui in omnium codicum consensu sic acquiescendum putent, ut vitiis ne manifestissimis quidem medelam invitis illis parare audeant, tamen equidem, quae medicina adhibenda sit, viris nostri aevi doctissimis et Ciceronianae latinitatis peritia ac sobrio simul iudicio instructis investigandum commendaverim.

Quoniam disyllabas voces persecuti sumus, in tractandis eis quae restant ita versari nos praestabit, ut quo facilius universae clausularum rationes perspiciantur, cuique formae in trisyllabam vocem exeunti adiungamus eius aequalem quadrisyllaba vel etiam quinquesyllaba voce conformatam.

Atque clausulae trochaicae trisyllaba voce praecedente longa constantis (⏖– | ⏑–⏑) numeri non multum variant, ita tamen, ut intra annos a. Chr. n. 56 et 46 saepissime occurrant. Ditrochaeorum (|–⏑–⏑) contra ea species est, ut intra primam periodum ab 8 numero incipientes gradatim as-

[1]) Typographi errore in pag. 31 pro *impendentium* expressum est *imprudentium*.

[2]) Similes sane formae huius verbi leguntur in Ciceronis orationibus veluti Pison. 13, 30 *noritis*, ib. 25, 61 *cognoris*, Rosc. Am. 41, 121 *cognorit*.

cendant ad numerum 13, in media autem parte fluctuent inter 20 et 16, in extrema denique sensim pedetemptimque descendant ab $19\frac{1}{2}$ numero ad $10\frac{1}{2}$. Itaque intra annos a. Chr. n. 66 et 56 ditrochaeum quidem maxime floruisse vides, trisyllabam autem trochaicae clausulae formam illo multo deteriorem visam esse Ciceroni ex ea ipsa re apparet luculentissime, quod in media periodo paulo artioribus circumscripta est finibus quam in antecedenti et subsequenti. Quinquesyllabarum vocum numerus sibi constat fere per omnes periodos (2%), nisi quod in postrema periodo aliquantulum decrescere videtur.

De clausula ⏑⏑ | ⏑ – ⏑ quoniam supra egimus, sequitur iam clausula heroica, cuius pro varia verborum incisione variam in prosa oratione offensionem esse supra monuimus, ita ut hoc fere modo decrescens

maxima sit in forma – ⏑⏑ | – ⏑ vel – ⏑⏑ – ⏑
minor „ „ „ – ⏑ | ⏑ – ⏑
minima „ „ „ – | ⏑⏑ – ⏑.

Apparet ergo formae in disyllabam finientis vocem nullum, in trisyllabam perpauca, paulo plura in quinquesyllabam,[1] plurima omnium in quadrisyllabam exeuntia in orationibus de quibus agimus exstare exempla. Sed cum universam hanc clausulam ut vitiosam laudabili cura a Tullio evitatam esse optima ipsa periodus doceat illa clausula immunis, haec res ipsa monet, ut accuratius ea quae exstant exempla examinemus:

Legimus in Quinctiana 15, 48	possidere liceret (?)
ib. 30, 94	licet quid agendumst (?)
pro Roscio Am. 11, 30	abesse videtur (?)
ib. 11, 31	succurram atque subibo (.)
[ib. 37, 106	hoc esse putetis.]
ib. 40, 117	providique fuisse (:)
ib. 48, 138	posse queruntur (;)
in Caecil. 3, 8	gravitatemque requirit (.)
de imp. Cn. Pomp. 12, 33	potestate sciatis (?)

[1]) Quod minus quidem congruit cum iis quae paulo ante diximus; sed conferas pag. 89 sq.

in Catil. I 4, 9	publicam habemus (?) [1]
pro Milon. 14, 37	cum mihi adesset (:)
in Anton. II 4, 8	esse videris (?)
ib. II 4, 10	lege reductus (?)

Deductis igitur de toto numero septem in sententiis interrogativis et tribus in minoribus membris occurrentibus, restant tria exempla:

Rosc. 11, 31	atque subibo
ib. 37, 106	hoc esse putetis
Caecil. 3, 8	gravitatemque requirit,

quorum de ultimo cum nihil habeam quod proferam, reliqua ea utuntur condicione, ut prius illud scripto *ac* pro *atque* facillime removeri, alterum ne numerari quidem possit. Nam codicum lectio *hic nihil est quod suspicionem hoc putetis* cum emendatione egere omnibus editoribus videretur, varias virorum doctissimorum velut Madvigi, Klotzi, Eberhardi experta est coniecturas, facile omnes probabiliores lectione Halmiana clausulae vitio foedata.

Ad facillimam heroicae clausulae formam transeunti mihi liceat omittere ea exempla, quibus ex interrogationis (sunt autem duodecim) vel minoris interpunctionis (sunt autem novem vel decem) notis excusatio oriatur. Graviora quaedam exstant haec:

pro Quinct. 1, 4	virorum recreetur (.)
ib. 19, 60	modo potuisse (.)
pro Roscio Am. 6, 17	iniuria metuebat (.)
ib. 20, 55	sciens non videatur (.)
ib. 22, 60	Intellexi quid eum pupugisset (.) [2]
pro Milon. 33, 91	toto foro volitarunt.
in Anton. II 6, 13	numero reliqui sunt.
ib. II 38, 98	quattuor reliqui sunt.

---

[1]) Catil. III 9, 22 pro *factum esse putatis* (– ⏑ ⏑ – ⏑) Halmius ipse in ed. Orell. ex plurimorum codd. auctoritate scripserat *esse factum putatis* (– – ⏑ – ⏑), quae scriptura praeferenda est.

[2]) Omitto exemplum quod legitur ib. 43, 125: *venire qui potuerunt;* neque enim intellego cur Halmius recesserit ab eo quod consentientibus codicibus in ed. Orell. probaverat: *quo modo venire potuerunt,* quod mihi perquam probatur.

Restant igitur non nisi in duabus primis orationibus quinque exempla, duo in oratione Philippica II, quorum tamen utrumque multo facilius etiam perfertur illis prioribus propter dissensionem accentus grammatici et metrici, quae dissensio ab heroici hexametri clausula prorsus abhorret. Ipsa optima periodus uno adhuc huius clausulae exemplo foedata est, quod quidem non gravius est ad ferendum quam facilius ad sanandum. Nullus enim dubito quin pro *foro volitarunt* scribendum sit *foro volitaverunt:* nom quamvis amplectatur Cicero plerumque perfecti in *vi* finientis formas correptas,[1]) tamen eundem in eligenda longiori breviorive forma clausularum certe speciei nunquam non morigeratum esse me docuit omnium exemplorum quae exstant conspectus[2]). Obviam fuerunt omnino huius rei exempla 109, quae in tres classes ita discedunt, ut prima eas sibi vindicet formas, quae plenaene sint an correptae ad clausularum aptiorem vel peiorem structuram nihil pertinere videatur, altera eas complectatur, quas qui mutare voluerit peiores conficiat clausulas vel adeo, et hanc tertiam volo esse classem, vitiosissimas. Primae classis exempla, quorum summa plus dimidiam omnium partem (60 scil.) complet, tantum non omnia ita comparata sunt, ut clausulas aut antispasticas (– ◡ – – ◡) aut trochaicas una plerumque voce constantes conficiant, cum indic. perf. sing. pers. II et plur. II et III, infinit. perf. et plusqpft. coni. sing. pers. I—III et plur. III aut plenam aut correptam exhibeant formam. Legis igitur exempli causa *imperavisti* Verr. V, 12, 43. 18, 47. 21, 53; *imperasti* ib. 19, 49. 22, 56; *iudicaverunt* Sest. 2, 4; *vulnerarunt* Milon. 5, 14; *impetravisset* Arch. 10, 25; *expetisset* ib. 10, 26, reliqua quae invenies:

Quinct. 21, 69. Rosc. 11, 30. Caecil. 4, 15; 20, 64.

---

1) Conferas de hac re commentationem quam elaboravit Frohwein »Die Perfektbildungen auf *vi* bei Cicero« 1874.

2) Cicero ipse ubi de genere et collocatione verborum loquitur (Orat. 47, 157) et *nosse et iudicasse* et *novisse et iudicavisse* recte dici ait: subaudio autem illud pendere de compositionis et rhythmi ratione, id quod Fabius expressis verbis monet inst. or. IX 4, 59: . . *etiam ubi aliud ratio aliud consuetudo poscet, utrum volet sumat compositio, »vitavisse« vel »vitasse«, »deprehendere« vel »deprendere«.*

Verr. IV 9, 19. 20. V 15, 38; 18, 46. Cat. I 8, 19; 10, 25; 6, 15. IV 8, 16. Sull. 14, 44; 24, 68; 12, 35; 13, 37; 24, 68; 25, 70; 27, 76. Arch. 3, 5; 8, 19; 10, 24; 10, 25; 10, 26. Sest. §§ 26; 45; 48; 56; 81; 84; plenae formae: §§ 24; 33; 54; 128; 137; 139 bis. Milon. 5, 13; 5, 14; 8, 21; 18, 47; 37, 102; 29, 79. Ligar. 1, 1; 7, 20; 8, 25. Deiot. 8, 22; 14, 40. Anton. I 8, 20; 12, 29. II 7, 15; 40, 103; 4, 9; 33, 83; 37, 93. Atque quod utraque forma eundem numerum complet, quamquam casui tribuendum videtur, tamen scriptorem variandi causa modo hanc modo illam docet adhibuisse ad conficiendas clausulas aequo modo adamatas.

In altera contra classe ubique non sine consilio ut videtur oratoris breviores tantum formae usurpatae sunt, quippe qua ratione effectum sit ut

α) tarditas verborum plus quam quaternis syllabis longis constantium (scil. si plene scribuntur) quoad fieri possit imminuatur

β) evitentur ingratiores vel vitiosi dispondei

γ) ascendentes iambi mutentur in ditrochaeos suavissime cadentes.

Ad quas species illustrandas liceat exscribere omnia quaeque exempla. Sunt autem haec:

Ad α) non invitarunt Verr. IV 11, 25
si coniurassent Sull. 30, 85
misericordiam declararunt Sest. § 117
Pompeio coniurasse Milon. 24, 65
villā declamasti Ant. II 17, 42
metu perturbasti ib. 31, 77
Iunias exspectasti ib. 39, 100

Ad β) dicere audistis Verr. IV 37, 62
iudices audistis Verr. V 21, 54
hominem reservasti ib. V 26, 67
causamque cognostis ib. V 34, 90
non retardarunt Cn. Pomp. 14, 40
insolentiamque iactarunt Cat. II 9, 20
tute legasti Sest. § 33
saepe servasset ib. § 67

ille servasset Milon. 37, 102
illumque laudarunt Sull. 29, 81
temporibus errasti Ant. II 9,23
patronos adoptarunt ib. 41, 107.

Singularem quendam sibi vindicant locum exempla quae leguntur: Cat. IV 9, 19 *paene delerit;* Milon. 23, 61 *putent qui peccarint;* Sest. § 47 *publicam conservarat;* ib. 44 *civitate delerant;* Caecil. 20, 64 *patronum adoptarant*, quorum exemplorum pars breves formas amplexa esse videtur, quia melius sedent, quamquam ne plenae quidem formae a bonis clausulis alienae forent, sicuti scriptum legis *occasione privaverit* Lig. 8, 25; ib. 12, 36 *publicae condonaveris;* Verr. IV 24, 53 *oppidum compilaverit;* Sest. § 61 *ante iuraverit.*

Ad γ) procrearat Rosc. 14, 21
quis iudicarit ib. 37, 107
contaminarit ib. 40, 116
etiam qui adprobarint Verr. IV 30, 68
remedium compararat ib. V 10, 26
custodia iudicarit Cat. I 8, 20
causā iudicarit ib. IV 5, 10
commodis cogitarit Sull. 23, 65
partibus devorarat Sest. § 23
impetum cogitarat Milon. 20, 53
occidere cogitarint Sest. § 82
patriae nominarant ib. § 121
aut factum improbarit Ant. II 12, 29. (Cf. etiam pro Archia 6, 12 *retardarit*, etc.).

Duo tantum huic normae obstant exempla sine dubio corrigenda: *severius iudicaverit* Verr. V, 8, 19 et *furore revocaverit* Cat. I 9, 22. Atque utrumque eo minus dubito quin ex librariorum incuria ortum sit, quia formam – ◡ – | – ◡ – ◡ omnibus temporibus, alteram – ◡ | ◡ ◡ – ◡ ipsa in optima periodo quanto studio Tullius captarit probe scimus ceterisque huius rei exemplis confirmatur quae sunt *morte vigilarat* Cat. III 3, 6 et *occidere spoliasti* Rosc. 40, 116. Scribendum igitur esse censeo *severius iudicarit* et *furore revocarit*.

Ad tertiam classem refero haec exempla:

Caecil. 4, 15 praesidium petiverunt[1])
Cat. IV 4, 7 oppetiverunt
Milon. 21, 56 expetiverunt
Cn. Pomp. 10, 28 concupiverunt
Anton. I 12, 29 concupivisse,

quae ubi corripiuntur, heroicam conficiunt clausulam eamque pessimi generis excepta voce extrema, quae si corripitur nunquam aliam exhibet formam nisi contractam *concupisse;* cf. Frohwein l. l. p. 9. Ob eandem causam potius ad primam quam ad hanc de qua agitur classem referenda sunt exempla:

nefarium concupisti Cat. I 8, 19
. . . oppetissent } Sest. § 48 et 56
. . . appetissent }
. . . expetisset Arch. 10, 25; cf. Frohwein p. 10.

Fortasse diutius in his rebus detentus sum, quam instituta ratio postulabat, sed perquam mea intererat tibi persuadere Ciceronem consilio et iudicio ductum modo longiorem modo breviorem formam praetulisse, ne praematurum me iudicium facere opineris tribus quae huic normae adversantur exemplis: [2])

scelus cumulasti (?) Cat. I 6, 14
foro volitarunt (.) Milon. 33, 91
summe cupierunt (;) Rosc. Am. 5, 13.

Accedit quod correpta perf. III pers. plur. forma verbi *cupiendi* praeter hunc locum nusquam apud Ciceronem occurrit et Verr. II 27, 65 in ipsa clausula unice rectam legimus formam *mecum cupiverunt*[3]). Librariorum igitur inscitiae et studio brevissimam quamque formam scribendi talia vitia tribuenda sunt, qualia licet deprehendas satis multa in poeta-

---

[1]) Lg. 29 falso habet *petierunt*, quae forma in mediis enuntiatis haud rara est: veluti de lege agr. II 2, 3. 17, 44 alibi; cf. Neue »Formenlehre d. lat. Spr.« II p. 514 sq.

[2]) Iam probabis, cum optima periodus heroica clausula immunis sit, scripturam illam Halmi pro Archia IX 20 *praeconium facile patiatur*, quamquam propterne hanc rem a codicum traditione recesserit nescio.

[3]) cf. Frohwein p. 10.

rum libris manu scriptis, ubi forma correpta scripta est, plena postulatur metro[1]. Quare equidem formas unice rectas Ciceronis manibus diutius deberi nefas esse ratus scribendum censeo: *summe cupiverunt*, *scelus cumulavisti* (utrumque in minoribus membris), *foro volitaverunt.*

Heroicae denique clausulae quinquesyllaba voce effectae exempla in optima periodo nulla, in priori quattuordecim, e quibus undecim minora finiunt membra (nulla tamen interrogatio in his occurrit), in posteriori sex exstant, e quibus quattuor in sententiis interrogativis, duo in fine totarum leguntur periodorum. Graviora igitur exstant exempla haec:

res transigeretur Quinct. 5, 20
passuum conficiuntur ib. 25, 79
Rosciis impositae sunt Rosc. Am. 42, 122
tuae consuluisses Ant. II 2, 3
veniamus ad splendidiora ib. 25, 63.

Sed codd. a b g t (D) et ed. Orell. prior (1826) exhibent *veniamus ad splendida*, quam lectionem, cum et sensui bene conveniat et clausulam reddat optimam, amplector praeferoque vulgatae. Clausula *impositae sunt* excusationem ducit ex accentus grammatici et metrici dissensione. —

Quoniam in iambica et heroica clausula diutius commorari nos coegit rei gravitas, de iis quae restant clausulis brevissime agere licebit.

Atque clausula antispastica ex voce antibacchiaca praecedente trochaeo constans (– ⏑ | – – ⏑) via illa quam supra descripsimus progrediens, postquam intra primam periodum a numero 5 initio capto crevit usque ad 10, in medio cursu occurrit fere decies quater, in ultima parte amissa aliquatenus auctoritate versatur inter numeros qui sunt 10 et 4.

Dimidia fere parte in omnibus periodis rariorem, cetera autem prorsus eandem viam percurrentem habes eiusdem formam quadrisyllabam (– | ⏑ – – ⏑), quae primo cursu fere quinquies, septies medio, extremo exstat quinquies.

Longo spatio relinquuntur ab hac utraque antispasticae

---

[1]) cf. Neue »Formenl. d. lat. Spr.« II p. 514 sqq.

clausulae forma eae, in quibus longae praecedentis loco fungitur brevis, dico formas quae sunt ⏑́⏑⏑ | – – ⏑ et ·· ⏑ | ⏑ – – ⏑, quarum prior ineunte quidem et extremo cursu paululo crebrior in universum numerum 1 non multum excedit, posterior cum in prima periodo semel occurrat, longiore cursu fere desistit. Hac forma etiam rarior est illa, quae una constat voce (⏑ ⏑ – – ⏑), contra adeo gavisus esse Tullius videtur vocibus quinquesyllabis antispasticam clausulam conformantibus praecedente longa (– ⏑ – – ⏑). Nam a parvo initio (1%) crescit intra ipsam primam periodum usque ad numerum 3, in media fere 5 complet, in extrema sensim decrescit usque ad 1 vel 2. Atque haec clausula saepius a nobis laudata unica est fere, quae quinquesyllabis conformari velit, cum praeter ditrochaicam (– – ⏑ – ⏑) et paeanicam (⏑ ⏑ ⏑ – ⏑) ceterae vix dignae sint quae commemorentur.

Sequitur clausula dispondiaca ex voce molossica praecedente syllaba longa consuta, quae sollemnem illum cursum ita perficit, ut a numero 6 in or. Quinct. incipiens magis magisque decrescat ita quidem, ut, cum in reliquis primae periodi orationibus ter bisve exstet, in optima periodo per humum repens numero fere 1 contenta sit, in extrema rursus crescens exitum non dissimilem reddat initio. Neque dissimili ratione dispondeum (– – – – suo vides cursu fungi, ita tamen, ut dimidia fere parte in universum crebrior sit quam illa, cum in prima periodo quinquies, in media ter, quater in extrema legatur.

Sed ut ad clausulas magis ascendentem prae se ferentes naturam transeamus, principem locum obtinet vox cretica praecedente maxime cretica, rarius iambica ((⏑⏑) ⏑ – | – ⏑ –). Attamen optima periodus paulo minus priore et adeo postremis orationibus hanc clausulam amplexa videtur esse, cum primae periodi orationes si medium spectes senis, quinis alterius, tertiae senis eiusmodi exemplis insignes sint. Atque si huius clausulae aequalem contemplaris, quae est ⏑⏑⏑ | – – ⏑ –, non dissimiles numerorum rationes obtinere invenis (circiter 5 : 3 : 5) in tribus illis periodis.

Paulo mutato cursu funguntur eae formae, in quibus prioris brevis partes longa agit, ut exsistant clausulae ⏕–| –⏑– et ···⏕ | ––⏑–. Nam utraque in prima periodo paulo maiore quidem insignis est numero, minori in media et posteriore, sed in utraque fere pari. Illius enim clausulae numerus in prima periodo est 5, in reliquis 4, huius in prima 5, $2^1/_2$ in media, 3 in postrema.

Trochaeo praecedente creticus (–⏑ | –⏑–) haud frequenter sed in omnibus orationibus fere aequabiliter ita adhibetur, ut plus bis versetur in centenis. Multo rarius creticam vocem antecedit dactylus (–⏑⏑ | –⏑–), cuius clausulae si medium omnium sumis orationum ne singula quidem exstant exempla in centenis. Adiungo voces quadrisyllabas et quinquesyllabas binos iambos vel creticum cum iambo conficientes (···– | ⏑–⏑– et –⏑–⏑–), e quibus prioris generis in prima et extrema periodo paululo plura ut videtur exstant exempla quam in media; quod idem valet de posteriore genere.

Restant iam genera clausularum admodum ingratarum duo, quae paeanis primi et quarti vocare solemus nominibus (vide tamen quae pag. 49 sq. de hac re monui), quorum ille, ubi ex voce tribrachica praecedente longa constat (···– | ⏑⏑⏒), in orationibus quae habitae sunt pro Quinctio quater, pro Roscio ter, in ceteris (si ab oratione pro Archia recesseris) non multo plus semel legitur in centenis, ubi quadrisyllaba voce formatur (|–⏑⏑⏒), eadem ratione decurrens sed paululo omnino crebrior in primarum orationum altera quinquies, altera quater, in reliquis paulo plus semel recurrit in centenis. Alter vero, multo etiam priore rarior, ubi trisyllaba voce finitur (–⏑ | ⏑⏑–), si discesseris a duabus primis orationibus, ne semel quidem deprehenditur in centenis, ubi uno vocabulo constat (··· | ⏑⏑⏑–), exceptis exemplis quibusdam primarum tempore orationum vix in ceteris locum habet. —

Priusquam a tabula nostra discedamus, iuvat respicere et comparare inter se summas descendentium in quaque classe et ascendentium. Atque has quidem illis in universum numero superari primo aspectu liquet, quaeritur autem aequene in tribus illis quas constituimus periodis necne. Nam si res

ita comparata est, ut in media ipsa periodo utriusque generis numeri longius distent quam in priore vel etiam posteriore, nova quadam ratione comprobatur idem quod singularum clausularum rationibus plerumque efficiebatur, medias orationes summa insignes esse clausularum arte et diligentia. Atque in prima classe (bisyllabas voces in fine exhibente) rationes numerorum perquam variant, ita quidem ut in duabus prioribus periodis descendentium dimidiam fere partem efficiant ascendentes, in extrema contra illae his superentur adeo numero. Ac ne in sequenti quidem classi constantes rationes intercedunt inter singulos cuiusque periodi numeros, sed si summas cogis, apparet ascendentes superari descendentibus in prima periodo numero 17, in media 39, in ultima $34^1/_2$. Apertissima vero longe res est in clausulis in quadrisyllabas voces exeuntibus, quarum summas si eodem quo in antecedenti classi modo coegeris, facile invenies ascendentes superari descendentibus in priore quidem periodo numero 40, in optima 115, in ultima 94. Similes denique rationes obtinent in clausulis quinquesyllabis vocibus constantibus, ubi ascendentes relinquuntur descendentibus numeris qui sunt in prima parte 11, in media 29, in postrema 19.

Vides igitur, si a prima classe discesseris, in reliquis eas numerorum obtinere rationes, quas optimam quamque clausulam prae se ferre supra vidisti, ut etiam ex hac parte evidenter demonstretur, prioris periodi clausulas ab arte mediarum perfectissima spatio satis longo, multo minori distare extremae quam voluimus esse periodi.

§ 3.

De pronuntiatione et prosodia in clausulis adhibendis observationes quaedam proponuntur.

Quoniam in perlustrandis clausularum rationibus ad finem quendam pervenimus, iam apte hoc loco de pronuntiatione prosae orationis quae restant (cf. pag. 19) adicientur.

Cum pronuntiationis latinae non pauca incerta sint, eo maiore iure de Ciceroniana in clausulis ad metricas normas

struendis nonnullorum vocabulorum institutione prosodiaca dubitemus oportet, quia quo tempore orator ille vivebat copia flexionum totiusque metricae rationis varietas, quibus antiquissimi poetae Latini utebantur, artioribus usque finibus circumscribi, alia ad graecanicam doctrinam novari coepta sunt, praeeunte in primis Catullo, Ciceronis ipsius aequali. Itaque cum difficillimum sit ad diiudicandum, Cicero confinium quasi obtinens duorum aevorum quatenus a partibus stet ipso antiquiorum quatenus aequalium, certae quorundam verborum regulae nonnisi ex clausularum usu et consuetudine colligi possunt. Officii ergo mei duco omnia exempla ponderando comprobare, quo iure ea ipsa prosodia Ciceronem in quibusdam rebus dubitatione non carentibus usum voluerim, qua equidem eas insignivi.

De elisa ab antiquioribus Latinis littera *s* finali sequenti consona habemus ipsius Ciceronis locum memoria dignum Orat. cap. 48 § 161: *Quin etiam, quod* iam subrusticum *videtur* olim *autem* politius, *eorum verborum, quorum eaedem erant postremae duae litterae quae sunt in* '*optimus*', *postremam litteram detrahebant, nisi vocalis insequebatur.* In quibus verbis rectissime se habet illud *nisi vocalis insequebatur*, minus rectum est, quod solis verbis in *us* exeuntibus libertatem concedit, quam etiam brevis *is* finalis, multo tamen rarius, sibi vindicat. Cuius elisionis cum apud Lucilium satis ubera exstent exempla, apud Lucretium et Varronem Ciceronis aequales multo rarius iam leguntur[1]), in Tulli ipsius Arateis, nisi quid me fugit, sexies occurrit *s* littera abiecta in syllaba *us* (frgm. VIII et XXIII; vv. 25, 92, 263, 335), bis in syllaba *is* (vv. 97 et 121 ed. Baehrens). Sed qui his exemplis perductus ubique dubitare velit de *s* littera in clausulis detrahenda vel numeranda, is bene teneat versionem illam Arateam primae Ciceronis iuventuti adsignandam esse — apud Catullum enim novae scholae principem, cuius carmina seriore aliquanto tempore composita sunt, unum

---

[1]) cf. God. Hermann »elem. d. metr.« p. 61; Luc. Mueller »de re metr.« p. 365 sq.; Riese, »Varronis sat. Menipp.« p. 88.

tantum exstat exemplum *dabĭ supplĭcium* in ultimo totius corporis Catulliani versu — magnumque intercedere discrimen inter hexametrorum regulas strictissimas, quae metro cogente [1]) insolentiores formas haud aspernantur, et liberiorem in clausularum rhythmo structuram. Immo arcendum esse *subrusticum* illud a prosa Ciceroniana luculentissime comprobatur multis exemplis eam naturam et speciem prae se ferentibus, ut si quis *s* finale detraxerit, pessimas conficiat clausulas easque summa ceteroqui diligentia a Tullio evitatas. Ita legis pro Quinct. 30, 73 *moribus sentit*, fac adimas litteram *-s*: en habes clausulam heroicam pessimae formae (–⏑⏑ | –⏑), cuius alterum frustra apud Ciceronem quaeres exemplum. Idem valet de ceteris exemplis, quae occurrunt: Rosc. 8, 21 *milibus nummum*, Sest. § 3 *civibus desset*, ib. § 6 *quam dignus videri*, ib. § 55 *tacentibus dicam*, Ligar. 11, 33 *fratribus dicam*, Anton. I 2, 4 *diebus senatus*, Anton. II 3, 5 *non satis gratus videri* (intolerabile esset *nón sati' grátu' vidéri*). Haec exempla maiorem exercent vim, quam quibus adiciam locos quosdam minoris ponderis veluti Milon. 34, 92 *adiuvandus magis*, Verr. IV 10, 24 *inspectantibus sustulit*, Ligar. 12, 37 *probatissimus fratribus*, Caecil. 7, 39 *viribus sustinere*, Milon. 33, 90 *luctuosius vidimus*, Ligar. 6, 18 *civibus conveniret*, Ant. I 13, 32 *funditus sustulisti*, Ant. II 34, 86 *omnibus dignius*, alios: qui, ubi illam de qua agitur syllabam corripies, peiores multo reddent clausulas –⏑–⏑ | ⏑⏑ vel –⏑⏑ | –⏑⏑̄ vel –⏑⏑ | –⏑–⏑ (cf. tabulam). Adversari videntur huic normae duo tantum exempla, *clārĭūs fŭĭt(?)* Cn. Pomp. 15, 43 et *laudātŏrĭbŭs tŭīs(?)* Verr. IV 1, 3, quibus tamen ex interrogationis signo excusatio nascitur (cf. praeterea pag. 65 sq.); accedit quod clausulae –⏑⏑ | ⏑⏑, quae fieret syllaba *us* correpta, alterum in Cicerone non deprehenditur exemplum. Multo etiam minus de *s* littera in syllaba *is* finali detrahendo cogitari posse docent haec exempla: *satis*

[1]) Nam quod in ipsa dactylica poesi *s* finalis truncandi artificium prae ceteris poesis generibus usurpatum est, eius rei causa sine dubio repetenda est a dactylicorum vocabulorum qua lingua latina laborabat inopia.

daret Quinct. 7, 29. 8, 30. 20, 63 et *quod peto satis det* Quinct. 13, 44 et *taceant satis dicunt* Caecil. 6, 21. Nam »satisdaret« compositionis formam induisse supra p. 64 demonstravimus, *s* autem obscuratum in omnibus his exemplis clausulas reddit vitiosissimas: ⏑⏑ ⁝ ⏑⏑ in tribus prioribus, in quarto –|⏑–| ⏑⏑ ⁝ ⏑, in extremo – | ⏑⏑ | –– (cf. tabulam).

o litteram in nominativo casu et in prima quaque verborum persona sing. num. ubique Ciceronem pro longa accepisse ex permultis licet concludere exemplis, quorum luculentissima sunt haec: Verr. V 29, 75 *defensio nullast;* Sest. § 67 *inclinatio visast;* ib. § 85 *mentio nulla;* Caecil. 3, 22 *delatio detur;* ib. 19, 62 *excusatio detur;* pro Ligar. 5,9 *mucro petebat;* Quinct. 13, 44 *quod peto satis det;* ib. 21, 69 *contentio non erat*; Sull. 17, 48 *defendo meum*: quae eadem exempla, si *o* littera corripitur, in pessimas abeunt formas vel heroicae clausulae –⏑⏑ | –⏑ vel –⏑⏑ | ⏑–⏑ vel –⏑⏑ | –⏑⏓ vel ––⏑ | ⏑⏑ (cf. ubique tabulam).

i simplicem pro *ii* a veteribus Latinis in genitivo casu nominum substantivorum in *ius* vel *ium* cadentium pronuntiatum esse non solum usu poetarum Augusto senescente antiquiorum, sed etiam monumentorum et liberae rei publicae et imperatoris ipsius Augusti temporibus effictorum unanima demonstratur traditione [1]). Itaque librorum manu scriptorum vitiosae plerumque scripturae *convicii flagitii beneficii*, qualia vitia facillime deprehenduntur in poetarum codicibus, minime nos impedient, quominus Ciceroni unice rectas formas simplici *i* insignes reddamus. Quem oratorem simplicis tantum *i* longae mensuram numerasse docemur cum exemplo ab ipso ad illustrandum numerum creticum de orat. III cap. 47 § 183 proposito *quid petam praesidi aut exsequar? quove nunc* ... [2]), tum clausularum quibusdam exemplis ita comparatis, ut, si Ciceronem duplicata *i* usum esse facias, vitiis non careant. Obviam autem fuerunt haec sola: Quinct. 20, 65 *auxili causa*,

---

[1]) cf. e. g. Buecheler, Lat. Declination, Lipsiae 1866.

[2]) Quam parva sit in eiusmodi rebus fides codicum, ex hoc loco elucet; nam quamquam *praesidi* metro postulatur, tamen non omnes codices in tradenda hac forma consentiunt. (E habet *praesidii*).

Cn. Pomp. 18, 54 *imperi caruit*, Milon. 29, 78 *exiti fuerit*, Anton. II 22, 55 *principi similes*, ib. 36, 91 *benefici figeretur;* de [ib. 22, 55] *exiti fuit* cf. quae a nobis supra pag. 66 uberius exposita sunt; Ligar. 11, 32 *et fili vides*: e quibus extremum sententiae nostrae praeclare favet (aliter enim fieret –⏑– | ⏑–), priora illa etsi minore sunt argumentandi pondere, tamen multo meliores reddere clausulas, quam quae geminata *i* fierent, luce clarius est: fierent enim talia –⏑⏑–| –⏑ vel –⏑⏑– | ⏑⏑⏓ (qui pentametri exitus vitiosissimus est in clausulis: cf. pag. 90) vel ⏑⏑⏑⏑– | –⏑–⏑.

Quod ad contractionem *i* geminatae in nominativi et abl. et dat. plur. casibus attinet, cuius utriusque multo rarior illa priore est species et a bonorum scriptorum usu abhorrens (cf. Buecheler, Lat. Decl. pp. 18 et 67), pauca tantum in censum veniunt exempla: Sull. 4, 12 *vestris consiliis* (?); ib. 8, 24 *suffragiis obruare;* Ant. II 33, 84 *auspiciis creatus;* Milon. 4, 10 *quid gladii volunt;* Verr. IV 1, 3 *deliciis fuit*, in quorum tribus prioribus *i* simplex nihil facit ad clausulas meliores conficiendas, duobus posterioribus ne licet quidem propter vitiosas quae exsisterent clausulas ⏑– | ⏑– et –⏑– | ⏑– (nisi *fuit* pronuntiaveris). Cf. etiam Ligar. 6, 18 *multis aliis carere.*

i litteram in dativis *mihi tibi sibi* et in adverbiis *ubi* et *ibi* utrum longae an brevis loco habuerit Cicero, propter paucitatem exemplorum certo diiudicari nequit. Videtur tamen pro longa esse in *mihi* et *tibi*, siquid concludi potest ex exemplis quae occurrunt pro Roscio 50, 145 *patet mihi clausast* (.) et de imp. Cn. Pomp. 3, 6 *mentem mihi crede* (;), pro brevi in *ubi* Quinct. 23, 74 *tempore ubi sunt* (?), quia longa *i* in hoc exemplo, brevis in illis heroicam clausulam conficerent. Addi potest aliquo modo in hanc sententiam Verr. IV 12, 28 *se tibi vendidisse.*

i paenultimam in perf. coniunct. et fut. ex. secunda pers. plur. numeri poetae interdum faciunt ancipitem: clausularum quae exstant huius rei exempla non modo probabile sed adeo certum efficiunt, Ciceronem illam vocalem longae instar habuisse:

oculis proposueritis Sest. 7, 17
esse memineritis Cat. IV 11, 23
semper feceritis Milon. 36, 99
videam quid feceritis Ligar. 8, 24.

Hac enim ratione evitantur nimis continuatae breves, atque paeanes primi et quarti, peior uterque rhythmus, cedunt paeani tertio et ditrochaeo.

nihil pronuntiatum esse a Cicerone quasi sit *nīl* permulta clamant clausularum exempla, e quibus gravissima sufficiat exscribere haec: Verr. V 19, 47 *tabulis nihil habent*, Milon. 17, 45 *negoti nihil erat*, Sest. § 111 *quia nihil habent*, Ant. II 27, 66 *diebus nihil erat*: fac scribas *nĭhĭl*, iam nihil esse vides.

Adeo vitiosissimam Ciceroni obtruderet clausulam, diiambicam (⏑– | ⏑–) scilicet, qui *nĭhĭl* praeferret in exemplis quae sunt Quinct. 8, 30 *menses nihil petit* et Verr. V 18, 45 *habere nihil licet.* His adiungi possunt levioris momenti exempla nonnulla: veluti Caecil. 13, 43 *cogitas nihil laboras*; Rosc. 45, 130 *conferre nihil egerit*; Sest. 1, 1; Milon. 21, 55; Ant. II 3, 7; ib. 13, 77.

Item *reprehendendi* verbum ubicunque occurrit contracta forma meliores reddit clausulas, veluti Sull. 29, 81 *adfuerunt reprendantur*, Ligar. 1, 2 *culpam reprendatis*, ib. 7, 20 *aliis reprendatis*, Ant. II 8, 18 *senatus reprendisti*, Caecil. 2, 6 *posset reprendere*, Rosc. 47, 137 *debeo reprendere*, Milon. 22, 57 *factum reprendere*, Ligar. 8, 23 *consilium reprendere*, Milon. 12, 33 *etiam reprensiost*: sane neque formae quinquesyllabae ⏑⏑––⏑ ullum et formae ⏑⏑–⏑⏓ perpauca exstant exempla. Denique hac ratione heroica clausula evitata est pro Rosc. 15, 44 *novum reprendis.*

Restant iam verba, quorum pars posterior a *iaciendi* voce descendit, quae quidem verba, etiamsi quam usitatum fuerit in lingua latina e geminatis *i* (vel *u*) alteram absorberi aliunde nesciremus[1]), equidem simplici eaque vocali *i* scri-

---

[1]) cf. e. g. Luc. Mueller de re metr. p. 249 sq.

benda esse tot clausularum exemplis admonitus non dubitarem statuere. Exceptis enim tribus locis quos habes pro Sest. 26, 56 *eiciebantur*, ib. 24, 54 *reiciebantur* et Verr. V 7, 17 *conici iubet* [1]), quorum duo priores miram (–◡◡––◡), extremus adeo vitiosam clausulam (–◡– | ◡–) conficeret, *i* nimirum duplicata, ceteri eodem pacto heroicam conformarent clausulam, a qua Cicero abhorret. Sunt autem haec, quae legis: Quinct. 26, 81 *vi deicerentur*, Verr. V 28, 71 *numero coniciebant* [1]), Milon. 37, 101 *ipsum eicietis*, ib. 37, 101 *exterminabitur proicietur*, ib. 14, 36 *iniusta eiciendi*, ib. 21, 56 *custodia proiciebat*, pro Archia 5, 10 *voluit reicietur*, ib. 10, 22 *eiciemus*, Anton. II 34, 85 *plausu reiciebant*, ib. 34, 86 *pedes abiciebas* [1]). Vix opus est monere has quas enotavi formas eodem modo optimis clausulis convenire, quo illae adversantur. Contra Milon. 19, 49 probabilius est *coniceret* quam *coniceret* a Cicerone pronuntiatum esse, quoniam intra annos a. Chr. n. 66 et 52 nullum clausulae | ◡◡◡◡ exemplum exstat.

Caput IV.

§ 1.

Quantum valuerit rhetorum graecorum in Cicerone auctoritas.

Quoniam duce tabula non solum alia clausularum genera Ciceroni in deliciis, alia contra ab eodem magis minusve evitata esse in universum nobis persuasimus, sed etiam certas

---

[1]) *conicere* et *abicere* Ciceronem correpta prima syllaba pronuntiari voluisse his ipsis exemplis probabile fit. Atque apud priscos poetas scaenicos *abicio* et *conicio* (vel potius quod nunc scribunt *coicio*) correpta prima syllaba occurrunt.

adeo rationes inter primas tempore et medias et extremas intercedere vidimus, iam animus concupiscit indagare, quibus causis ut alias clausulas aliis praeferret ductus esse videatur. Atque cum optimum quemque et veterum et nostratium scriptorem in opere quolibet elaborando ita versari videamus, ut quae antea de eadem re scripta sunt percenseat et quoad fieri potest in suum usum convertat, primum libet examinare, quatenus Cicero ab iis, qui ante eum de numero oratorio praecepta dederunt, pendeat. Ex Cornifici »rhetoricis ad Herennium« autem, cuius auctor Cicerone ipso admodum iuvene (cf. Kayser, praef. rhet. ad Her. p. 11) aut primus omnium aut paulo post primum artem rhetoricam latinis commendavit litteris, talia praecepta haurire Tullio non licebat, quia, nisi quid me fugit, uno tantum loco numerus ab illo attingitur lib. IV 32, 44, ubi transgressionem (i. e. verborum traiectionem) magnopere prodesse interdum continuationibus (i. e. enuntiatis, periodis) ait, *in quibus oporteat verba sicuti ad poeticum quendam exstruere numerum, ut perfecte et perpolitissume possint esse absolutae*[1]). Omnino autem Cornificium, cuius vestigia in conscribendis libris quae exstant »de inventione« adeo presserat Tullius[2]), ut Kaysero (praef. p. 12) propterea opus rude et imperfectum reliquisse non immerito videatur, quia taeduerit eum ex illo nimis multa describere de pronuntiatione memoria et elocutione, quem meliorum fontium penuria[3]) coactus paene solum secutus esset iam in primis de exordio et narratione capitibus, a Cicerone summam cum aetate artis dicendi peritiam consecuto spretum et despectum esse cum consentaneum est, tum ab ipso haud obscure plus semel indicatur. Quam rem nemo mirabitur, qui obiter percurrendo Cornifici rhetorica sibi persuaserit primum illum Roma-

---

[1]) Ne Hermagorae quidem, quem praeter Cornificium Cicero in rhetoricis secutus est (cf. Bader, de Ciceronis rhetor. libris, Gryphisw. 1869 pag. 23) ullum huiusmodi ex dispersa eius et undique conquirenda doctrina praeceptum ut eruerem mihi contigit.

[2]) cf. Spengel in Mus. Rhen. nov. vol. XVIII p. 495.

[3]) Nam Aristotelis rhetoricam, cum scriberet libros »de inventione«, nondum legisse Ciceronem probaverunt cum Bader p. 5 tum Hugo Ientsch »Aristotelis ex arte rhet. quaeritur quid habeat Cicero« Berolini 1866 pagg. 34. 35 alibi.

norum rhetorem nihil fere aliud exhibere nisi praecepta sobrie decurtata et ad Romanorum usum accommodata (cf. ipsum lib. I 1, 1), ceterum veram imaginem Graecanicae illius aetatis rhetoricae disciplinae referentia. Scimus enim artem rhetoricam, quae paulo post illud tempus, quo summi Graecorum oratores florebant, divino Aristotelis ingenio ad summum perfectionis fastigium elata erat, post philosophi memoriam depulsa eloquentia ex usu foroque in scholarum umbracula adque fictas transire causas coacta ita mutatam esse, ut in constitutionum doctrina philosophorum more tractanda excolendisque figuris, *σχήμασι* quae graece dicuntur, sese contineret. [1]) Atque in *vulgari illa disciplina* cum de numerosa oratione nihil traderetur (cf. de orat. lib. III c.49 § 188), quid reliquum erat Ciceroni, qui de hac re quid ipse sentiret proferre vellet et *plura de numerosa oratione quam quemquam ante se* dixisse se glorietur (Orat. 67, 226), nisi ut fontem illum adiret perennem Stagiritae? quippe cuius philosophi auctoritate se inprimis defensum iri ab impugnationibus Bruti, Calvi aliorum aequalium non posset non sperare, quos cum alia Ciceronianae eloquentiae vitia venatos esse, tum ipsam rhythmicam eius compositionem vituperasse plus semel testatur Quintilianus veluti IX 4, 1. 4, 15; cf. etiam Tacit. dial. 18. Accedit quod pluribus »Oratoris« locis (§§ 180. 199. 204) indicatur ipso illo tempore, quo »Orator« conscribebatur, a rhetoribus de numero oratorio varie esse disquisitum (cf. Iahn, praef. »Orat.« p. 22), quibus studiis cum toto animo interfuisse Tullium consentaneum sit, quid antiquius habere poterat, quam ut ipse consuleret *optimum auctorem*? [2])

Ecce optime cum his, quae adhuc breviter adumbravi, congruit, quod Aristotelis »rhetoricae« III libri caput 8, quo loco philosophus de numero oratorio quae haberet brevissime exposuit, tantum non verbotenus »Oratoris« qui de eadem re agunt locis repetitum est, licet dissentiant nostratium fere viri

---

[1]) cf. Sauppe, Aristoteles et Dionysius 1863, p. 1.

[2]) cf. Orat. 51, 172 *quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus vel inveniendis vel iudicandis acrior Aristotele fuit? ... is igitur versum in oratione vetat esse, numerum iubet.*

doctissimi de fide, qua Cicero in ceteris rebus Aristotelis, quem ubique suum auctorem nominat et celebrat, doctrinam primario ex fonte haustam expresserit. [1])

Atque quae de universa numeri ratione proponuntur ab Aristotele ineunte capite illo de quo agitur *τὸ ... σχῆμα τῆς λέξεως δεῖ μήτε ἔμμετρον εἶναι μήτε ἄρρυθμον· τὸ μὲν γὰρ ἀπίθανον, πεπλάσθαι γὰρ δοκεῖ, ... τὸ δὲ ἄρρυθμον ἀπέραντον* ad verbum fere redeunt in Orat. cap. 57 § 195 *nec numerosa esse ut poema neque extra numerum ut sermo vulgi est debet oratio: alterum nimis est vinctum, ut de industria factum appareat, alterum nimis dissolutum, ut pervagatum ac vulgare videatur.* Quod paulo infra apud Aristotelem legitur *ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή* expressum est Orat. c. 51 § 172 *is igitur* (Aristoteles scil.) *versum in oratione vetat esse, numerum iubet.* Denique quod praeceptum a Stagirita datum est sub finem capitis *δεῖ ... δήλην εἶναι τὴν τελευτὴν μὴ διὰ τὸν γραφέα μηδὲ διὰ τὴν παραγραφὴν ἀλλὰ διὰ τὸν ῥυθμόν* expressit Cicero c. 68 § 228: *numerum ... adhibere necesse est, ... ne infinite feratur ut flumen oratio* (cf. Aristot. *τὸ δὲ ἄρρυθμον ἀπέραντον, δεῖ δὲ πεπεράνθαι*), *quae non aut spiritu pronuntiantis aut interductu librarii, sed numero coacta debet insistere.* Quatenus autem philosophi de singulis pedibus praecepta Tullius expresserit, facile sibi quisque colligere potest ex Aristot. rhet. III 8 inde a 1408ᵇ 33 usque ad 1409ᵃ 9 verbis *τῶν δὲ ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷος σεμνός κτλ.* et Oratoris c. 57 § 192 *quod longe Aristoteli videtur secus, qui iudicat heroum numerum grandiorem etc.* usque ad § 194 med. Probat enim philosophus, postquam rhythmos heroicum, iambicum, trochaicum a prosa oratione alienos esse exposuit, solum paeanem verbis quae sunt *λείπεται δὲ παιάν, ᾧ ἐχρῶντο μὲν ⟨πάντες⟩* [2]) *ἀπὸ*

---

[1]) vide inprimis Madvigium in VII ad Cic. de fin. libros exc. p. 21 et 858 sqq. contra Stahrium, »Aristot. bei den Römern« Lips. 1834 p. 48 sq. et »Aristotelia« II p. 144 sq.; Spengel in Mus. Rhen. nov. vol. XVIII p. 481 sq.; Otto Iahn praef. »Orat.« p. 22 contra Westermannum »hist. eloqu.« II p. 133.

[2]) *πάντες* intercidisse scite probavit Fritzschius, »de numeris orationis solutae« p. 10. Idem quae de Thrasymacho numeri inventore eiusque aetate et arte protulit (pag. 1—10) digna sunt quae legantur.

Θρασυμάχου ἀρξάμενοι, οὐκ εἶχον δὲ λέγειν τίς ἦν, quibus adicias quae paulo post sequuntur *οἱ μὲν οὖν ἄλλοι* (dactylus scil. et iambus et trochaeus) *διά τε τὰ εἰρημένα ἀφετέοι καὶ διότι μετρικοί· ὁ δὲ παιὰν ληπτέος· ἀπὸ μόνου γὰρ αὐτοῦ οὐκ ἔστι μέτρον τῶν ῥηθέντων ῥυθμῶν ὥστε μάλιστα λανθάνειν.* Videamus igitur quatenus Cicero haec de singulis pedibus praecepta in scribendo secutus sit.

Atque ut a paeane incipiamus, verba Ciceronis, quibus ex philosophi auctoritate paeanem duobus locis laudat, § 194 *paean autem minime est aptus ad versum, quo libentius cum recepit oratio* et § 196 *sit igitur, ut supra dixi ...., nec dissoluta nec tota numerosa* (oratio), *paeane maxime, quoniam optimus auctor ita censet ... temperata*, prima specie mire dissentiunt cum ipsius usu et consuetudine. Tantum enim abest, ut paeani principem locum concedat, ut cum primus tum ipse quartus sint ex rarioribus clausulis. Sed duobus illis locis agitur de universo orationis cursu numeroso. Contra ubi de ipsis clausulis, quarum ratio et structura singularem sibi vindicat locum, paulo infra exponit, cautioribus verbis usuique convenientibus utitur. Legitur enim cap. 63 § 214 ... *»comprobavit fili temeritas«: iam nihil erit, etsi »temeritas« ex tribus brevibus et longa est, quem Aristoteles ut optimum probat, a quo dissentio*, ib. § 215 *in quem* (paeanem IV) *optime cadere censent veteres*[1]; *ego non plane reicio sed alios antepono.* denique § 218 *est quidem, ut inter omnes constat antiquos, Aristotelem ..... unus aptissimus* (paean scil.) *orationi vel orienti vel mediae*[2];

[1]) Ceterum ex oratorum usus observatione hoc Aristotelis praeceptum (primum paeanem orienti, quartum cadenti orationi unice probari: cf. rhet. III, 8, 1409ª 12), quoad mihi quidem rem examinare licuit, haustum non videtur. Sane in Isocratis Panegyrico mihi obviam fuerunt paeanis quarti exempla 42, e quibus tamen non plus 20 in exeuntibus, maior pars in ineuntibus leguntur enuntiatis, paeanis primi 12 exempla occurrebant in exordiis, 6 in clausulis. In Demosthenis Philippicis contra praevalent paeanes I, e quibus tamen 14 tantum leguntur in exordiis, 16 in clausulis; paeanis IV exempla exstant 10, excepto uno in clausulis adhibita. Quibus accedunt choriambi (– ⏑ ⏑ –) sententias claudentis exempla 11, in Panegyrico 10. Constantiores rationes e maiore copia orationum fortassis eruentur.

[2]) Nimium pressisse mihi videtur Fritzschius (in comm. supra laudatae p. 13) additamentum *vel mediae*, quod ab Aristotelis doctrina alienum sit. Nam non solum Stagirita paeanem a mediis periodis

putant illi etiam cadenti, *quo loco mihi videtur aptior creticus*[1]. Quamvis igitur paean ea re sese commendaret, quod carmina ex eo nulla fere componebantur, tamen clausulae latinae non conveniebat, primum quia in lingua latina syllabae longae multo sunt frequentiores quam breves, cuius rei contrarium fit in lingua graeca (cf. Foerstemann in Diario Kuhniano I p. 163), deinde quia et paean primus et quartus magis insurgit quam cadit simulque latini accentus ratio utrique minus convenit.

Quae quidem omnia de paeane qui dicitur tertio adeo non valent, ut et suavissime cadat et accentuum legibus unice obtemperet: attamen Tullium, naturae et legibus linguae latinae simulque auctoritati summi praeceptoris morigeratum, consilio et iudicio primi et quarti loco excoluisse paeanem tertium, et per se a probabilitate fere abhorret, et propterea contendere non ausim, quia nusquam quicquam de hac re ab ipso proditum est. Ceterum ne vetabant quidem ipsa Aristotelis verba de qualibet paeanis forma tres breves et longam amplectente cogitari, quamquam, cum generaliter paeanicum numerum orationi commendaverit, solos primum et quartum, illum exordiis, hunc clausulis, expressis verbis probat. Nam cum etiam ex accentus ratione paean quartus graecae clausulae (nam in lingua graeca permulta verba ultimam acuunt aut flectunt) mire indulgere et favere videatur, haec nova poterat esse causa Aristoteli, ut hunc ipsum pedem expressis verbis ipsi sententiae exeunti vindicaret.

Sed omittamus tandem paeanem et redeamus ad ceteros

---

aperte non excludit, sed ne dubitare quidem poterat Cicero, quin etiam in hac parte adhiberi vellet philosophus paeanem, quippe qui, ubi de totius orationis numero agebatur (ineunte cap. 8), in universum paeanem propter naturam suam et indolem eligendum esse dixisset. Ut autem de ineunte et exeunte sententia expressis verbis diceret, paeanis eum duplex forma monuit.

[1]) His verbis indicatur Ciceronem creticum paeanis nomine non comprehendisse, id quod ne Aristotelem quidem fieri voluisse Fritzschius (pag. 11 sq.) fusius comprobavit ex parte refutans sententiam de hoc Aristotelis loco a Godofr. Hermanno (elem. doctr. metr. p. 193) prolatam. Ipsum creticum autem nominat Cicero, non quemlibet alium pedem, quia paean cretico *aequalis* est (c. 64, 215), spatio par, syllaba illo longior.

numeros, quos, quia *μετρικοί* sint i. e. in versum facile possint vitiose abire, evitandos esse contendit cum Aristotele Cicero plus uno loco, veluti praeter Orat. 56, 189. 58, 198. 59, 201 (*fugimus ... in oratione poematis similitudinem*) inprimis 57, 194, quo loco totam rem comprehendens: *Iambus enim* inquit *et dactylus in versum cadunt maxime: itaque ut versum fugimus in oratione, sic hi sunt evitandi continuati pedes; aliud enim quiddam est oratio, nec quicquam inimicius quam illa versibus; paean autem etc.* Vix autem mentione opus videtur, haec quae ad universum enuntiatorum cursum pertinent, eo maiore iure valere de clausulis, quo diligentius in illis struendis laborandum esse identidem monet Tullius quoque facilius hac sede eiusmodi vitium auribus eorum qui auscultant deprehenditur. Rectissime hinc Quintilianus lib. IX c. 4 § 72 *Versum* inquit *in oratione fieri multo foedissimum est totum, sed etiam in parte deforme, utique si pars posterior in clausula deprehendatur aut rursus prior in ingressu.*

Atque iambum quidem primo loco evitandum proponit Cicero, quia ille numerus ipsius aetate non solum ex scaenicorum latinorum fabulis, sed etiam ex Catulli aequaliumque poematis erat notissimus. Sed ubi de clausula iambica agitur, solus senarius sive trimeter iambicus acatalectus in censum venit, cuius clausula est ⏑–⏑–, eique adiungi potest, quamquam seriore multo tempore Romam introductus primum occurrit apud poetas Graecorum vestigia pressius sequentes, veluti apud ipsum Catullum satis frequenter, choliambus, hac insignis clausula –⏑––⏑. At horum versuum clausulae difficillimae erant ad evitandum, qui toti saepe per imprudentiam pronuntiabantur, quod Cicero ipse profitetur Orat. c. 56 § 189: *senarios vero et Hipponacteos effugere vix possumus; magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio. sed tamen eos versus facile agnoscit auditor; sunt enim usitatissimi.* Quae cum ita se haberent, Ciceroni nihil relinquebatur, nisi ut artificio quodam praecaveret, ne natura et indoles iambici numeri nimium effingeretur et notaretur. Eo igitur consilio Tullium, cum Catullus in trimetris condendis nihil curaret formam extremorum versus vocabulorum (cf.

c. IV v. 3 *impetum trabis*, ib. v. 9 *Ponticum sinum*, ib. v. 10 *antea fuit*, ib. v. 12 *edidit coma*, similia ib. vv. 18. 22. 24. 26; c. XXIX v. 1 *potest pati*, ib. v. 21, alibi), religiosissime observasse identidem vidimus normam illam in scaenicorum senariis obtinentem, secundum quam clausulam conformari binis vocibus iambicis (◡– | ◡–) vel voce iambica praecedente voce cretica (–◡–|◡–) nefas est. Diiambum autem una voce constantem, quamquam huius quoque clausulae omnes orationes vix singula in centenis exhibent exempla, fugere nec plane poterat nec debebat, et creticam adeo vocem si antecedebat creticus vel dactylus vel trochaeus vel spondeus

–◡–
–◡◡
–◡
––

} –◡–, de iambica clausula ne cogitavit quidem Cicero; atque in prosa oratione hoc suo fecit iure.

Hexametri dactylici, quem secundo loco nominat, clausulam maiore etiam iure quam Aristoteles Cicero evitandum statuit, quia tanto artificiosior debebat videri in prosa oratione, quanto maiorem operam et diligentiam Ennius, primus ille hexametri latini novator, et alii in latina lingua ad hexametri leges accommodanda consumpserant. Atque eo facilius tale vitium ab auditoribus deprehendi necesse erat, quia non solum tum temporis hexameter florebat usu poetarum, sed etiam versus Enniani in scholis a parvulis tractabantur et ediscebantur. Convenire autem Tulli usum cum ipsius de heroica clausula verbis docet tabula, quae in optima periodo fere nullum, in prima autem et quadamtenus in extrema periodis haud pauca quidem exempla exhibet, ita tamen exceptis paucissimis comparata, ut in minoribus membris et sententiis interrogativis appareant. Et in his ipsis admittendis quod discrimen fecit inter formas in disyllabas et trisyllabas et quadrisyllabas et quinquesyllabas voces exeuntes, huius rei iam nova (cf. p. 51 sq.) in promptu est explicatio: adversari enim videtur orator ubique similitudini clausularum hexametri dactylici in poetarum usu observatarum, ita quidem, ut quo

sollemniores sunt formae apud illos, eo rarius occurrant apud oratorem et vice versa eae minus taedium in prosa oratione moveant, quae a poetarum arte et norma exsulant. Libentissime autem hexametri clauduntur voce trochaica vel, id quod dimidia fere parte rarius fit, amphibrachica, nunquam fere voce quinquesyllaba aut quadrisyllaba paeanis III forma insigni. Nam exempli gratia e quadringentis octo versibus, quos continet Catulli c. LXIV, ducenti quadraginta quattuor cadunt in vocem trochaicam, centum viginti septem in amphibrachicam, tres in vocem quadrisyllabam, totidem in quinquesyllabam, ita ut 60% habeant catalexin –◡◡|–◡, 31% –◡|◡–◡, 0,7% –|◡◡–◡, 0,7% –◡◡–◡. [Accedunt enim non pauci versus spondiazontes Alexandrinorum redolentes imitationem, quorum numerus complet septenos in centenis]. En optime congruit, quod primi generis, usitatissimi illius in poesi, apud Ciceronem ne unum quidem deprehenditur exemplum, alterius perpauca, plura excusatione tamen plerumque non immunia duorum extremorum generum a poetarum usu aeque alienorum. Non conveniebant autem quinquesyllabae voces poeticae hexametri clausulae, quia quinquesyllabarum vocum in lingua latina omnino rara est species, quadrisyllabae autem (non loquor de dispondiacis) propter consensum accentus metrici cum grammatico in hexametrorum catalexi legitimum in versum vix poterant admitti, nisi cum vocem monosyllabam excipiebant fortiori accentu grammatico insignem. — Pentameter contra elegiacus, qui hoc loco non inepte adiungitur, cum a poetis Catullo antiquioribus neque multum nec fere nisi in distichis epigrammaticis epitaphiorum adhibitus esset, ne Ciceronis quidem tempore admodum erat usitatus, et Catulliani pentametri clausula satis longo spatio distat ab arte et nitore, quibus Augusti demum tempore floruit. Sed licet ab hac parte multo heroica minus pentametri catalexis a clausula oratoria abhorruerit, Cicero ubi choriambo sententiam clausit, artificio haud contemnendo effecit, ut ne similis quidem videretur esse haec clausula pentametri exitui. Nam ut supra (pag. 50) docuimus, choriambum nunquam fere non antecedit trochaeus

vel spondeus vel creticus, id quod in pentametri altera fieri parte nefas est.

De trochaeo (-◡) evitando Aristotelis verba Ciceronem falso ita accepisse quasi ad tribrachum (◡◡◡), quem ipse ubique trochaeum vocat, pertinerent, cum ex ipsius verbis (c. 57 § 193) tum ex ea re maxime apparet, quod paulo infra ineunte § 194, ubi philosophi doctrinam comprehendit verbis *iambus enim et dactylus in versum cadunt maxime ... paean autem minime est aptus ad versum*, trochaeum (◡◡◡) silentio praeterit. Videtur autem ipsum illud *κορδακικώτερον*, quo nomine Aristoteles trochaeum insignit (III 8 *ὁ δὲ τροχαῖος κορδακικώτερος· δηλοῖ δὲ τὰ τετράμετρα...*) Ciceronem in illum errorem induxisse; nam trochaeum (◡◡◡), cuius *brevitas dignitatem non haberet* (§ 193), multo magis illo nomine dignum esse Tullius non potuit non opinari quam choreum (-◡), quem pedem iteratum *praeclare cadere* et *unum esse secutam Asiam maxime* (c. 63 § 213. 212) in clausulis haud ignoraret. Itaque quoniam Stagiritae auctoritas ad oratorem nostrum non iam valebat, nihil obstabat, quin toto animo dichoreum amplecteretur Asiae exemplo inprimisque Molonis Rhodiensis doctrina commendatum. Cui rhetori praeter ceteros tum temporis excellenti cum iam ante primam causam publicam pro Roscio Amerino dictam Romae in urbe operam dedisset (cf. Brut. c. 90 § 312), paulo post in Graeciam et Asiam studiorum causa profectus cum *apud Demetrium Syrum, veterem et non ignobilem dicendi magistrum* (Brut. c. 91 § 315. 316) Athenis, in Asia apud summos oratores (cf. ib.) exerceri solebat, tum Rhodi ad eundem illum quem Romae cognoverat magistrum sese applicavit. Tantum autem fructum ex illa consuetudine sese percepisse ipse profitetur (cf. ib.), ut *biennio post non modo exercitatior sed prope mutatus* Romam redierit. Atque quod inde ab oratione pro Roscio Amerino habita ditrochaeorum copia celerrime crescit, uni tribuo Moloni, cuius doctrina etiam dispondeorum et choriamborum usum in prima et altera orationibus vigentem artioribus finibus videtur coercuisse.

§ 2.

Accentus in clausulis struendis quam vim exerceat breviter indicatur.

Praeter auctoritatem rhetorum graecorum alia res in clausulis eligendis evitandisve summi momenti esse et necessario debebat et re vera ita fuit, ut Ciceronis cum praecepta tum usus in scribendo observatus ipsius Aristotelis doctrinae ex parte adversari cogerentur: dico accentus latini vim et rationem. Et ea quidem est linguae latinae natura et indoles, ut et in singulis vocibus et in longiore vocum ambitu descendat magis et considat, quam ascendat et exsurgat. Nam cum extremam vocum syllabam accentu feriri vetet linguae natura, ne in periodi quidem sive membri extrema syllaba accentus acutior positus esse potest, nisi cum extrema est monosyllaba. Vidimus autem (p. 40—42) voces monosyllabas praeter eiusmodi formas verbi *esse* — quae quidem formae sicubi per aphaeresin cum antecedente verbo iugari nequeunt, certe tam arte cum eo cohaerent, ut enclisis sibi vindicent excusatam licentiam — uti in poesi ita in artificiosa Ciceronis oratione esse rarissimas. Atque quod ex viginti tribus illis omnium orationum nostrarum clausulis monosyllabas voces non sine consilio ut ibi videbatur oratoris extremo loco exhibentibus adeo duodeviginti interrogationis signis notatae sunt, adeo non casui tribuendum est, ut elata extremi monosyllabi vis unice convenire videatur naturae characterique interrogativae sententiae. Disyllabae autem voces paenultimam accentu insigniunt, quae ubi longa est, optime, ubi brevis, peius cadunt minusque aptae sunt clausulis. Iambicae igitur voces extremae merito a Cicerone diligenter vitantur et inde recte illud explicatur, quod clausula dochmiaca (⏑–– | ⏑–), quam *quovis loco aptam* esse Cicero contendit, in ipsa optima periodo longe inferior est numero periodi extremae, quamquam hanc unicam huius rei causam esse ne ipse quidem credo. Trisyllabae voces, quae paenultimam

longam habent, et propter hoc ipsum et propter accentum, quo longa paenultima semper insignis est, optime considunt aptissimaeque sunt clausulis. Ac ne brevem quidem paenultimam cum trisyllaba vox exhibet, aliena est a clausulis, dummodo tertio a fine loco longam habeat; quae cum utique accentu ornata sit, efficit ut illae voces descendant. Memoria tamen dignum est, in creticis verbis pronuntiandis vocem humanam, postquam a longa illa acutiore accentu ornata ad paenultimam brevem descenderit, in ultima longa paulum rursus efferri et elevari. Atque cum dactylicas quoque voces sententias claudentes pro creticis accipi et patiatur dubia extremae syllabae mensura et Tullius ipse iubeat, equidem nullus dubito, quin tales voces non secus atque omnes paenultimam brevem habentes ad ascendentium genus orator noster rettulerit, quod universum genus verborum ad clausulas componendas minus probatum esse illi saepius monuimus. Conclusimus enim hoc cum ex ea re, quod capita et paragraphi clausulis ascendentibus minus saepe finiuntur (cf. p. 56 et tab. **A**) in optima conscribendarum orationum periodo, tum inde quod in eadem periodo summae clausularum ascendentium numeris descendentium maxime superantur (cf. p. 75 sq. et tab. **B**). Quod si tenebis et creticas voces et omnes paenultimam brevem habentes pro ascendentibus fuisse Ciceroni, iam intelleges qui fiat, ut, cum in lingua latina tertia fere omnium vocabulorum pars (98 : 300) habeant paenultimam longam accentu praeditam[1]), in clausulis Ciceronianis vice versa paulo minus duabus partibus paenultimam exhibeant longam, paulo plus una brevem[2]).

Supersunt ex trisyllabis voces et paenultimam et antepaenultimam brevem exhibentes, quae voces, quamquam ipsae quoque antepaenultimam acuunt, tamen quia brevis est male cadunt. Loco extremo autem tales voces nonnisi in paeane

---

1) cf. Corssen »Ausspr. etc.« II 975.

2) In optimae periodi orationibus exstant voces longa paenultima insignes de imp. Cn. Pomp. 82%, in Catil. I—IV 68%, pro Sulla 72%, pro Archia 75%.

primo et quarto apparent, de quibus videas, quae pag. 49 sq. exposui.

Aptiores igitur sunt clausulis	peiores
ex disyllabis:	ex disyllabis:
–́ –, –̂ ⏑	⏑́ –, ⏑́ ⏑
ex trisyllabis:	ex trisyllabis:
⏑ –́ –, ⏑ –̂ ⏑; – –́ –, – –́ ⏑; –́ ⏑ ⏓	⏑́ ⏑ –, ⏑́ ⏑ ⏑

Nihil mutatur in hac re, si quarta vel quinta syllaba in eadem voce praecedit, quoniam accentus ultra tertiam a fine syllabam non regrediens aut in paenultima longa aut in antepaenultima consistit, si paenultima brevis est. Atque etiam in hac parte accentus utique cum longis syllabis vel paenultimis vel antepaenultimis ita quasi cognatus est, ut optime cadant, ab uno si discesseris choriambo et paeane quarto. En habes praecipuam causam cur hic numerus (– ⏑ ⏑ ⏒ vel ⏑ ⏑ ⏑ –), quamvis aptus videretur clausulae graecae, quia lingua graeca saepissime in extremis syllabis intendit vocem accentu vel acuto vel flexo, a clausula latina reiectus sit.

Haec sufficiant de accentu: nam quo modo in toto quasi orbe longioreque clausularum decursu, extrema vox cum est disyllaba aut trisyllaba aut quadrisyllaba, accentuum ratio conveniat cum poetica, cap. III § 3 (inde a pag. 42), ubi de clausularum ratione metrica accurate expositum est, in perlustrandis singulis clausularum generibus nunquam non monui et ex parte in utraque tabula (**A** et **B**) lineamentis aliisque metricorum notis uncinis inclusis indicavi, unde facillimo negotio rem licet colligas. Maxime autem in tota re primo quasi aspectu plane perspicienda te adiuvabit instituta nostra ab initio ratio, secundum quam verborum incisionibus fundamenti loco positis pro extremarum vocum syllabis clausulas omnes in quattuor classes discripsimus.

Iam clausularum ratione perspecta cognitoque usu restat ut ad »Oratoris« caput LXIV redeuntes

§ 3.

Ciceronis quae exstant de clausularum pedibus praecepta accuratius percenseamus.

Incipiendum autem est a dichoreo, de quo agitur c. 63 § 212 sq.

§ 213 *dichoreus* (–⏑–⏑) *non est ille quidem sua sponte vitiosus in clausulis*, *sed in orationis numero nihil est tam vitiosum, quam si semper est idem.*

His verbis carpit et vituperat usum Asianorum vitiosum, qui oratores neglecta varietatis suavitate clausulam ditrochaicam nimio amore amplexi videntur esse, si quid concludi potest ex iis quae proxime antecedunt *e quibus* (modis scil. ambitus claudendi) *unum est secuta Asia maxime*, quibus addas locum cap. 69 § 231 obvium *apud eos* (Hieroclem scil. et Meneclem Asiaticos) *varietas non erat, quod omnia fere concludebantur uno modo.* Atque ipse Tullius varia quidem clausularum genera adhibet, sed eodem illo ditrochaeo prae ceteris adeo delectatur, ut in optimae ipsius periodi orationibus forma eius quadrisyllaba (–⏑(–)– | –⏑–⏑) $18^{0}/_{0}$, cum ceteris formis coniuncta $30^{0}/_{0}$ conficiat.

Cadit autem per se ipse ille praeclare; nam bis descendit a longa ad brevem, et paenultima syllaba semper, quarta a fine plerumque accentu insignis est. Quod quidem sua sponte apparet in formis quae sunt –́⏑ | –́⏑ et | –̀⏑–́⏑, in ea autem quae restat –́⏑–̀ | –́ | ⏑–́⏑ eo non raro effici supra p. 48 vidimus Ciceronis artificio, ut quarto illi a fine loco assignaret monosyllabum accentu ut par est elatum. —

cap. 64 § 215 *Et creticus* (–⏑–), *qui est e longa et brevi et longa, et eius aequalis paean, qui spatio par est, syllaba longior, quam commodissime putatur in solutam orationem illigari.*

Omnino *in solutam orationem illigari* posse cum paeanem tum creticum nemo negat, nam *incidere omnes* numeros *in orationem* (Orat. § 189) et *omnes in oratione esse quasi permixtos et confusos pedes* (§ 195) Cicero ipse contendit. Sed

aliud esse universum periodorum cursum, aliud clausulam, de qua iam agitur, saepius monuimus.

Et creticum quidem, quamquam probetur (§ 217) clausulis et aptius videatur claudere paeane (§ 218), tamen non ita magnam auctoritatem consecutum esse paragrapho proxime antecedente monuimus et ideo consecutum non esse comprobavimus, quod Ciceroni fuerit ex ascendentium genere clausulae latinae minus conveniente.

Paeanem autem cum propter iteratas syllabas breves tum propter malam accentus condicionem ita clausulae latinae aptum non esse Cicero aurium iudicio ut videtur recte ductus ipse sensit, ut quamvis hunc numerum, morigerans Aristotelis summae auctoritati, in universum orationi numerosae commendaverit (cf. § 194; 196), tamen ubi de clausulis agitur cautis verbis utatur (cf. § 214: 215; 218). Haec res fuse explicata est p. 85 sqq. Atque verbis convenit usus: nam paean primus seu choriambus quadrisyllaba voce formatus (–⏑⏑⏒), exceptis duabus primis orationibus, paulo plus semel legitur in centenis, eiusdem formae paean quartus (⏑⏑⏑–), postquam in duabus primis orationibus raro occurrit, plane evanescit. Paulo mutata ratio inter paeanis primi et quarti formas tribrachica vel anapaestica voce praecedente longa (–|⏑⏑⏒) vel brevi (⏑|⏑⏑–) formatas intercedit (cf. tab. **B**), quas tamen reverane Cicero pro paeanibus accipi voluerit iure pag. 49 sq. mihi videor dubitasse.

Duplicem igitur Cicero paeanem esse vult (§ 215): *nam aut e longa est et tribus brevibus, qui numerus in primo viget, iacet in extremo, aut e totidem brevibus et longa, in quem optime cadere censent veteres; ego non plane reicio, sed alios antepono.*

Sequitur presse Aristotelis (rhet. III 8) de paeane bipartito praecepta, excepto quod linguae latinae naturae et accentibus obsecutus paeani IV claudenti praefert alios pedes. Ac ne voluisse quidem se aliud nisi Stagiritae praecepta repetere, eiusdem capitis loco paulo inferiori ipse haud obscure indicat § 218: *Quare etiam paeanem qui dixit* (Aristoteles) *aptiorem, in quo esset longa postrema, vidit parum, quoniam nihil*

ad rem est, postrema quam longa sit. De hac enim re supra Cicero non debuit tacere. Ceterum ne Aristotelis quidem de paeane praecepta ex ipsius oratorum consuetudinis observatione profecta esse, supra nonnullarum orationum exemplis comprobavimus (cf. pag. 86): nam nec tam frequenter occurrit paean apud Isocratem et Demosthenem, quam pro laude eius exspectes, nec paean primus ne dicam unice sed ne plerumque quidem exordiis, clausulis paean quartus reservatur (cf. ib.). Immo paeanicum numerum orationi solutae aptissimum esse philosophica sine dubio ratiocinatione inde Aristoteles effecit, quod carmina ex eo nulla fere componerentur et quod genus sesquiplex medium teneret locum inter genus aequale et genus duplex, quorum prius grandius alterum vehementius et lascivius ingrederetur, quam prosam orationem deceret. —

§ 216 *Ne spondeus quidem funditus est repudiandus, etsi quod est e longis duabus hebetior videtur et tardior; habet tamen stabilem quendam et non expertem dignitatis gradum, in incisionibus vero multo magis et in membris; paucitatem enim pedum gravitate et tarditate compensat.*

His verbis singularem pedem spondiacum non respici luce clarius est neque indiget memoratione: nam adeo non *repudiatur* spondeus in clausulis, ut paene duas omnium partes claudat verbum a longa paenultima in longam vel brevem, quod idem est Ciceroni, cadens. At in spondeum iteratum seu dispondeum (– – – –) illa omnia optime cadunt, quare recte Cicero statim adiungit: *sed hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo, adiungo quod minimum sit proximum superiorem, saepe etiam tertium.* Dispondeus igitur *hebetior et tardior*, sed propter id ipsum gravitate quadam et dignitate non immunis videtur esse. Quamquam qui in membris et incisionibus maiorem dignitatem habeat dispondeus quam in periodorum clausulis, equidem non assequor, quamvis recte ideo minoribus membris commendetur, quod gravitate sua paucitatem pedum, ex quibus membra constant, aliquatenus compenset. Immo vero propterea Cicero haud scio an dispondeum minoribus membris praecipue vindicaverit, quia sese illum numerum, quippe quem

ad peiores referret, ut peiores omnes membris minoribus concludendis i. e. sedi inferiori, assignasse in orationibus conscribendis haud ignoraverit. Revera autem Ciceroni Molonis praecipue Rhodiensis disciplina instructo dispondeum minus probatum esse docet tabula. Nam cum dispondeus, si summas spectas omnium eius formarum (– – | – –; – | – – –; – – – –), in Quinctiana decies quater, in secunda oratione undecies legatur in centenis, iam in proxima oratione, quae habita est pro Caecilio, non multo plus septies, in ipsius optimae periodi orationibus vix plus quinquies occurrit in centenis. Itaque et probabile est dispondeum in membris et incisionibus praecipue adhiberi vel potius admitti, et verba Ciceronis ex ipsius usu profecta esse demonstrat quaevis oratio. In Verr. V exempli gratia quadraginta insunt dispondei, e quibus tredecim claudunt totas periodos, viginti septem membra minoris interpunctionis signis ab editoribus notata; in Catil. II bis totae periodi, quater membra, pro Sest. duodecies periodi, vicies octies membra dispondeo concluduntur, ut plus duas partes videas apparere in membris. —

Iam Cicero transiens ad ceteras pedum compositiones sic pergit § 217: *Ne iambus quidem, qui est e brevi et longa* (◡ –), *aut par choreo, qui habet tres breves trochaeus* (◡ ◡ ◡), *sed spatio par non syllabis, aut etiam dactylus, qui est e longa et duabus brevibus* (– ◡ ◡), *si est proximus a postremo, parum volubiliter pervenit ad extremum, si est extremus choreus aut spondeus* (– ⏓); *nunquam enim interest uter sit eorum in pede extremo.*

Tria igitur Tullius hoc loco proponit clausularum genera propter volubilitatem (oratoris animo obversatur dispondei tarditas) apta sententiis concludendis, quorum

primum repraesentat iambus sequente trochaeo vel spondeo (◡ – – ⏓), quibus cum praecedit syllaba longa, fit clausula illa Hipponactea magnopere a Cicerone adamata. Nam in ipsa optima parte orationum a nobis electarum, in qua longe summa floret auctoritate, plus vicies septies deprehenditur in centenis clausulis;

alterum fit ex tribracho sequente trochaeo vel spondeo (⏑⏑⏑–⏓), quae clausula in priore cursu perquam volubilis suaviter descendit in posteriore, quamobrem merito Tullius ea non mediocriter gavisus est in dicendo. Adhuc igitur Ciceronis praecepta usu confirmantur. Sed quae

tertio loco proponitur constans ex dactylo et trochaeo vel spondeo (–⏑⏑–⏓), est clausula heroica, quam cum Tullius probat, ipsius et prioribus praeceptis (cf. inprimis § 194, cui addas §§ 191. 192) et usui in dicendo observato adversatur. Docuimus enim saepius primas tantum tempore orationes et postremas exceptis paucissimis gravioribus nonnullas exhibere clausulas heroicas in minoribus membris obvias, cum optimae aetatis orationes vix uno huius clausulae artificiosissimi poetici generis similitudinem prae se ferentis exemplo foedatae sint. Itaque in hoc loco falsus est Cicero et ita quidem, ut cum tres illos pedes (iambum, tribrachum, dactylum) volubilitate pariter fere insignes comprehendens adiungeret extremum choreum (vel spondeum), singula minus attendens ne cogitaret quidem de clausula heroica alia de causa abicienda. Coniectura autem hunc locum emendari neque opus est propter haec quae modo dixi, et vetant ea quae statim sequuntur[1]: *sed eidem hi tres pedes male concludunt, si quis eorum in extremo locatus est, nisi cum pro cretico postremus est dactylus; nihil enim interest dactylus sit extremus an creticus, quia postrema syllaba longa an brevis sit, ne in versu quidem refert.*

Ita legitur locus apud Kayserum, Iahnium alios ex codicum consensu.

Eosdem igitur tres pedes (iambum, tribrachum, dactylum), quibus in sede paenultima collocatis concludente choreo vel spondeo (–⏓) aptam conformari clausulam modo expo-

[1]) Quamquam anapaestus, de quo uno, si quid video, in dactyli locum substituendo cogitare possis, praesertim cum ille pes etiam antidactylus a metricis quibusdam vocetur — cf. Schol. B in Hephaest. p. 133 ed. Westphal, 20 sq.: *τέταρτος ἀνάπαιστος ὁ τούτῳ* (dactylo scil.) *ἀντικείμενος ... ὁ καὶ ἀντιδάκτυλος* et anonymi Exegesin in Hephaestionis enchiridion cap. III med. (ed. Hoerschelmann): *ἀνάπαιστος ὃν καὶ τινὲς ἀντιδάκτυλον καλοῦσιν* —, sequente trochaeo (⏑⏑– | –⏑) multo etiam rariorem heroica clausulam conficit.

suit, extremo loco male se habere contendit, sed quibusnam, quaeres, pedibus antecedentibus, cum unus pes clausulam non conficiat? Isdem, subaudio, qui sequente choreo *haud parum volubiliter* perveniant ad extremum; nam iidem cum chorei instar etiam extremo loco collocantur, clausulam vitiosam faciunt propter nimiam volubilitatem.

Sic igitur hunc locum interpretor:

Male concludunt:

1) ⏑– | ⏑–	2) ⏑⏑⏑ | ⏑–	3) –⏑⏑ | ⏑–
⏑– | ⏑⏑⏑	⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑	–⏑⏑ | ⏑⏑⏑

Aliquo modo probari possunt:

α) ⏑– | –⏑⏓	β) ⏑⏑⏑ | –⏑⏓	γ) –⏑⏑ | –⏑⏓

Quae omnia Ciceronis usu egregie confirmari et probari demonstrat tabula [1]), excepto quod formae β) ⏑⏑⏑ \| –⏑⏓ tam pauca occurrebant exempla, ut clausulae aequali –⏑ \| –⏑⏓ ea inseri praestare videretur. Per se autem haec forma vitiosa non videtur esse. Quod si probe tenes, hoc loco agi de solis tribus illis pedibus (iambo, tribracho, dactylo) eosdem extremos antecedentibus, ne inepte quidem dici apparet dactylum male concludere, qui, cum ultima anceps sit, Ciceroni ubique pro cretico accipi possit a clausulis minime alieno. Nam creticus sua quidem sponte aptus est clausulis, sed praecedente iambo (⏑– \| –⏑–, non loquor de cretico vel diiambico vocabulo praecedente, de qua re videas pag. 46) et tribracho et dactylo raro occurrit apud Ciceronem. Goellerus autem, cum illud sine dubio non attenderet, non immerito tantas ineptias in illo loco inesse censebat, ut codicibus invitis sex septemve vocabula inculcans non dubitaret totum sic immutare: *sed iidem hi tres pedes male concludunt, si quis eorum in proximo ab extremo locatus est, nisi cum pro choreo aut spondeo creticus postremus est vel dactylus.* Qua emendatione cum ineptias, quae mihi quidem nullae sunt,

[1]) Clausula 1) ⏑– \| ⏑⏑⏑ (ut taceam de duabus primis orationibus) aliquanto plus semel quidem deprehenditur in centenis, attamen tribrachum extremo loco male poni etiam alio loco Cicero (c. 57 § 194) contendit.

removere conaretur, vereor ne intulerit. Nam ut omittam inepte dici pedem *male concludere*, qui in proximo ab extremo locatus sit, pro *male ad extremum pervenire* vel similibus locutionibus, ne id quidem intellego, qui contendi possit tres illos pedes volubiliter pervenire ad extremum, si sit extremus trochaeus, i. e. tres illos pedes sequente trochaeo bonas conficere clausulas, et eosdem pedes eadem sede locatos male concludere, nisi cum pro choreo illo — qui supra bene claudere diceretur — creticus sit extremus. Ergo vir ille doctus cum e toto hoc numero solas comprobet clausulas quae sunt

⏑ –
⏑ ⏑ ⏑ } – ⏑ ⏓
– ⏑ ⏑

(quae si sit Ciceronis opinio, merito mireris, quod tot verba faciat de clausulis, quarum nullam frequenter adhibuit), condemnat usitatissimas (– ⏑ – – ⏑ et – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑), quo nihil puto esse perversius. Abiciendam igitur esse censeo Goelleri emendationem et retinendam eam loci interpretationem quam supra institui. Unum monendum est, quod etiam Quintiliano locus *nisi cum pro cretico postremus est dactylus* ante oculos fuisse videtur cum scriberet inst. or. IX 4, 104: *cludet et dactylus, nisi eum observatio ultimae creticum facit.* Quod eo est verisimilius, quia Fabium ceteroqui Tulli de ultimae mensura ancipiti sententiae adversari supra monuimus. —

Iam examinato loco gravissimo de reliquis vix habeo quae adicienda esse videantur. Monendum tamen est Tullium cum pergat

§ 218 *Quare etiam paeana qui dixit aptiorem, in quo esset longa postrema, vidit parum, quoniam nihil ad rem est, postrema quam longa sit*, quamquam verba eius de dubia extremae syllabae mensura ipsius usu confirmari p. 15 sqq. fusius demonstravimus, leviter adversari loco qui legitur § 194: (trochaeus ⏑ ⏑ ⏑) *eo vitiosus in oratione, si ponatur extremus, quod verba melius in syllabas longiores cadunt.*

ib. § 218: *Iam paean, quod plures habeat syllabas quam tres, numerus a quibusdam non pes habetur.*

Quam opinionem, qua paeane numerus effici dicitur non pes, ipsum Ciceronem non esse amplexum et verisimile est

(cf. cap. 64 init.) et comprobatur loco Quintiliani inst. or. IX 4, 79: *equidem Ciceronem sequar* (in pedum nominibus constituendis) ... *excepto quod pes mihi tres syllabas non videtur excedere.*

ib. § 218: *est quidem, ut inter omnes constat antiquos, Aristotelem Theophrastum Theodectem Ephorum, unus aptissimus orationi vel orienti vel mediae; putant illi etiam cadenti, quo loco mihi videtur aptior creticus.*

Ab extrema igitur sententia ut alibi ita hoc loco Cicero sedulo suoque iure, ut saepius vidimus, prohibet paeanem nec non usu exsequitur, quamvis universam orationem paeonico numero velit temperari (cf. pag. 85 sq.). Quod quatenus in ipsis orationibus secutus sit, nondum est examinatum, memini tamen in exordiis certe — nam in mediis periodis res difficillima est ad cognoscendum — dum orationes Ciceronianas attente perlego, admodum pauca me deprehendere paeanis seu primi seu quarti exempla. Additamentum illud *vel mediae* non apertis quidem verbis, sed occulto Aristotelis loco c. III § 8 contineri probavimus p. 86 sq. Additur in hanc sententiam non inepte locus apud Demetrium de elocutione c. 41 obvius: *δεῖ μέντοι λογίζεσθαι, ὅτι κἂν μὴ ἀκριβῶς δυνώμεθα τοῖς κώλοις περιτιθέναι τοὺς παίωνας, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀμφοτέρους, παιωνικήν γε πάντως ποιησόμεθα τὴν σύνθεσιν.* —

ib. § 218: *Dochmius autem, e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa, ut est hoc »amicos tenes«, quovis loco aptus est, dum semel ponatur: iteratus aut continuatus numerum apertum et nimis insignem facit.*

Tullium eum potissimum habuisse dochmium, qui compositus esset ex bacchio et iambo (⏑ – – | ⏑ –), demonstrare conati sumus p. 45 sq. Singularem autem hunc numerum sibi vindicare locum ita ut, cum in duabus prioribus periodis aeque raro occurrat, in postrema demum maiorem consequatur auctoritatem, monuimus p. 63. Legitur enim in extremarum orationum centenis fere quinquies, pro Deiotaro adeo novies, ut Ciceronis de hac quoque clausula praecepta dicendi usu videas comprobari.

Lipsiae, typis Breitkopfii et Haertelii.